satisfactōem. Et hec interior penitētia id
est cōtritiō/ habet specialit̄ fm Ambros.
quia ipsa principaliter est pe
nitētia radicaliterqz omnis penitētia.

**Quot et que sint
penitētie species.**

Istinguuntur autē tres species pe
nitētie. scilz solēnis que fit in
capite ieiunij cū illa solēnitare
de q̄ habet de penitētia dist. v.
ca. In capite. Item p̄blica cū iniungit̄
scilz alicui pegrinatio per mūdum cū ba
culo cubitali. et cum aliqua veste religio
sa/ tali penitētie apta. Item priuata. que
quotidie imponit̄ his qui secret⁹ sua cō
fiteant̄ peccata. Cetera circa hec/ quere in
summa Raymūdi titu. de penitentijs.

**Quid in peniten
tia sit res et quid sacramētum et de eius
effectū.**

Vid autē in ea sit res. et quid sa
cramētū. Dicitur q̄ sicut in sa
cramēto eucharistie/ species pa
nis et vini sunt sacramētū ge
mine rei. scilz corp̄is Christi veri et mysti
ci. ita hic confessio et satisfactio/ sunt sacra
mētū cōtritiōis et remissionis peccati.
Unde virtute cōtritiōis efficiūt quod
figurāt scilz remissionē peccati. Sic er
go intelligendo patet q̄ cōtritiō diuersis

respectibus / r res est. r sacramētū. Res scz p̄fessionis r satisfactōis que sunt eius sacramētū. Et sacramētū remissionis peccati q̄ est eius res. Ex quo in pre p̄t̄ quis sit effectus penitētie. s. remissio peccator. r cōmutatio pene eterne in tēpale. Et ex consequēti collatio vite eterne.

An quis possit de

vno pctō penitere r nō penitēdo p̄ oibz: A autē existēs in vno mortali pctō possit agere penitētiā fructuosam de alijs. Prius est inq̄rendū. Et dic q̄ nō. Quia eti

am ap̄d hoies remanētibz in inimicitijs / nō recipit satisfactio ledentis. Unde cuz retento vno mortali peccato inimic⁹ dei fiat peccator r ab eo auersus / patz q̄ vale re non p̄t penitētia pro pluribz p̄missis. vno tantū retento. qz in illo vno inimica tur deo. Et hoc satis clamat apls. i. ad cor. iiii. dicens. Si habuero p̄phetiā rē. r corpus meū tradidero ita vt ardeā. charitatem autē non habuero / nihil mihi prodest. Vñ opinio que in. iiii. sentētiar. ponit contrariū / maifeste heretica est. Si iuxta hoc q̄ras an oporteat q̄ penitētia sit volūtaria ad hoc q̄ satisfaciatur. Dic q̄ sic. Distingue t̄m q̄ aliqd̄ dicat volūtariū duplr. Aut p̄pter se. vt sanū esse / est volūtariū p̄pter se. i. p̄pter ip̄am sanitatē. qz enī bonū est sanū esse. ideo sanari volo. Aut propter aliud scz propter bonū et inde se quēs. sicut secari volūtariū est. non q̄dē p̄pter se sed p̄pter p̄sequētem sanitatē. Sic ad p̄positū dico penā que est in penitētia oportere volūtariā eē. non q̄dē p̄pter se. qz null⁹ p̄pter se. i. p̄pter ip̄am penitētiā vel penā / eā vult aut libenter accipit. sed bene ex consequēti scz propter salutē animę consequendam.

An penitentiam

p̄ se factā / teneat hō dū cōualuerit iterare. Et ex cū querit an penitētiā p̄ alios factā / teneat q̄s dū cōualuerit iter facere. Puta egrot⁹ aliq̄s dū adhuc san⁹ erat. penitētiā cōdignā suscepit a sacerdote. Deinde de vita sua desperās. ip̄am amicis ip̄onit q̄ eā pagūt anteq̄ plene cōualuerit. Querit vtrū iste post suā cōualentiā / ad penitētiā iniunctā sic p̄ amicos suos pactā / te

neat. R̄ndet. q̄ qz p̄t apud talē dubiū esse vtz illi sui amici / ip̄sam penitētiā ex charitate fecerint. que talis nō sufficeret. In sup qz nō tam efficaciter satisfacit penitētia ab alijs facta. sicut illa q̄ ab ip̄omet penitēte fit. Ideo secuz est q̄ iste de ea iterū satisfaciatur. postq̄ fuerit redditus sanitati. Imo r eā facere tenet. ne incerto se discermini cōmittat. Et expedit q̄dē. qm̄ si prior penitētia per alios facta satisfecit pro culpa secunda / quā ipse faciet. cederet ei in augmentum glorie.

An penitentie di

minute addet de⁹ in purgatorio qd̄ deest Equenti vero articulo q̄stiois scz An penitētie diminute in h̄i cre / addet de⁹ qd̄ deest in purgatorio. Dicit magister in li. sentētiar. q̄ sic. Aut enī. Si interior penitētia scz p̄ritio in vindictā pcti nō sufficit nec exterior penitētia hic implet. De⁹ q̄ modos r mēsuras pctōz nouit. penā sufficiētē addet. Vñ qm̄ cōdignā penā nō inuigat sacerdos vel si inuigat. nō t̄m implet nō absoluit penitēs a cōdignā vel tota pena corrūdente. s. a tāta. s. quātā facit hic. Vñ de tāta erit absolut⁹ nō at de residua. qn. s. in purgatorio cōpleat. T̄m magnitudo cōtritionis r feruor implēdi qd̄ inuigatur / multū poterit facere ad hoc q̄ cōdignā reputet. Vñ dicit hugo de sancto vict. lib. suo de sacris. Sepe q̄ min⁹ foris agitur / efficac⁹ intus opat. In aliq̄ enī opere apparētia exteriori / maḡ p̄t deuotō esse.

Que sunt peniten

tie canonice r quare pro peccato mortali agi debet penitentia septennalis.

De autē penitētie canonice sint et hoc accipe. q̄ regularit̄ p̄ peccato mortali debz agi septēnis penitētia. vt d̄t. Canō. xxxiiij. q.

ij. Lut⁹ dicit multiplex ponit rō p̄ter eā quā ponit canō de Maria. s. sorore moisi que iubet excludi p̄ septē dies extra castra. Videlicz p̄pter septēplicē grām sp̄scti recuperandā quā peccādo pdidim⁹. Itē p̄pter septēplicē cōcursum peccator. quia vno peccato p̄petrato / cōcurrūt omnia septem capitalia. fm̄ opinionē dicentū q̄ habito vno habentur omnia. Iuxta illō pro sexdecim. septemdecim nequicie in

corde eius. Item propter recuperationē se-
prem dōtū. qz p penitentiā septem dotes
recupamus. quattuor scz corporis. 7 tres
anime. De qbus supra in fine tractat^o de
symbolo fidei. in declaratōne scz duodeci-
mi articuli. Itē propter recuperationē se-
prem illoz ex quibz cōstat homo scz quat-
tuor elemētoz. quo ad corpus. 7 triū vi-
rium scz rationalis irascibilis 7 concupisci-
bilis quo ad spiritū. Pro enormitate ta-
men criminis debet quadoq; maior penitē-
tia q̄ septēnis infligi. De qua materia re-
quire i summa Raymūdi ti. de penitētia.

Utrum penitētie

sunt arbitrarie vel non.

Utrum etiā penitētie arbitra-
rie sint nec ne. Et qualiter sic 7 q̄
liter nō. Dicit idē Raymūdus
eodē titulo de penitētia. Nota
tamē circa hoc duplex ē opinio. Una po-
nit q̄ omnes penitētie arbitrarie sunt. id ē
quia in voluntate sacerdotis est dare. vel
plus vel minus. 7 hoc ex potestate vi cla-
uium. Et huic opinioni sere omnes p̄fesso-
res innituntur. Alia ponit q̄ ita arbitrarie
sunt q̄ sacerdotū est iudicare de omnibz
circūstantiis contingentibz. 7 tamē a cano-
nibus nō recedere. id est a penitētiis/a ca-
none iniunctis. Consideratis enī circūstā-
tiis si grauiorēs fuerint penā canonicam
aggrauare possunt. Si vero leuiorēs fue-
rint/sic scz q̄ factū diminuāt. tūc de pena
canonica poterunt diminuerē. Et hec est
opinio securior.

Quis sit idoneus

minister in sacramento penitētie.

Minister autē huius sacramen-
ti est sacerdos. Nā solis sacerdo-
tibus dedit dñs prātem ligandi
7 soluendi. Et licet quilibet sa-
cerdos ex v̄dōdinis/huius sacramēti mi-
nister sit. nō tamē cuiuslibet sacerdoti indi-
stincte p̄missum est istā prātem v̄t. imo re-
spectu aliquoz est h̄mōi prās ligata. Ut
tangit Raymūdus in summa sua ti. de pe-
nitētia di. ij. q̄ est de p̄fessione. pag. tenet
penitēs. Et pluribus paḡaphis sequēti-
bus vsq; in fine dicte secūde distinctiōis
Et infra aliq̄lite. etiā tanget v̄bi de ipsa
confessione agitur.

De partibus sacra

menti penitētie in generali.

Unc ad pres penitētie attēde-
dum est q̄ sunt tres. scz triplex
p̄ctm. cordis. oris. 7 opis. Vel
scz triplex allectiuus ad p̄ctm
scz concupiscentiā carnis. concupiscentiā
oculoz. 7 supbiā vite. Et sunt iste cōtrito
p̄fessio 7 satisfactio. Hec est triplex dietas
qua deuenit in celū. De qua eco. iij. Ibi
mus viā triū diez. 7c. De prima. scz de con-
tritione tangendū est p̄io qd sit. An do-
lor minim^o sufficiat ad hoc q̄ quis virtu-
tem habeat cōtritiōis. An oporteat p̄tri-
tionē cum tota vita protendi.

De prima parte pe- nitie. Quid sit contritio.

Contritio autē contritio ab ali-
quibz sic. Contritio ē dolor vo-
luntari^o pro peccatis. semp in-
se puniens qd dolet admississe.
Dicit diffinitio licet generalit^r penitētie
cōuenire videat. tamē maxime cōuenit p̄-
pter contritionē. In p̄tritione enī esse ip-
sius penitētie maxime saluat. eo q̄ oportet
semp illā acru cū penitētia esse. Alias
autē partes penitētie in casu sufficiunt as-
sint p̄m votū 7 voluntatē. Diffinit^r etiā
7 ab alijs sic. Contritio est dolor pro pec-
catis assumptus cū p̄posito confitēdi 7 sa-
tisfaciēdi. Quoniā nisi assit p̄positū con-
fitēdi 7 satisfaciēdi non est contritio. sed
pot^o attritio nominatur. Et si obijcias q̄
in valida p̄tritione deletur culpa 7 pena.
Unde cū confessio 7 satisfactio pene sint
tam intēsa poterit eē p̄tritio. q̄ neq; oportet
adesse confessionē neq; satisfactiōē.
Ad quod dici potest q̄ nemo nouit se ta-
lem p̄tritionē habere q̄ delere possit v̄trū-
q; unde vt non p̄mittat se q̄s discrimi-
ni. oportet q̄ quis habeat validā p̄tritio-
nem. habeat nihilomin^o p̄positū p̄fitēdi
7 satisfaciēdi. maxime cū ista sint in p̄ce-
pto ecclesie. 7 non parere p̄cepto/trāsgres-
sio 7 peccatū mortale sit. Hoc tamē scito
q̄ p̄tritio sola in articulo mortis v̄bi non
apparet cui possit fieri p̄fessio/sufficit ad
salutē. sed quoniā incertū est v̄trū tūc con-
tritio possit haberi. stultum est illud tem-
pūs expectare. et tanto se discrimini refer-
uare.

An minim' dolor

sufficiat ad habendū virtutē contritiōis.

Ad dolor minim' possit esse contritio vel sufficiat ad deletiōem culpe precipue cū dicatur Tre no. ij. Magna velut mare con-

tritio tua dubitari potest. Sed dicitur magistri q' minimus dolor sufficit ad deletiōem culpe. dūmodo informat' fuerit charitate. utpote qui cecidit a se. ppositum cōfitendi z satisfaciēdi. quia talis dolor cōtritiō dicitur. Est ergo talis dolor/ cōtritiō minima. z hec delet tū culpā z reatū seu debitiū pene eterne. Qui si maior fuerit/ delet partē pene temporalis debite. Si vero maxim' fuerit/ totam penā z totam culpam delet. Que autē talis sit/ nescio. de' scit. Et dicit magna vel maior vel maxima contritio fin q' ad maiore' dolorē mouemur. Et q' prouisi sumus ad dolorē minore' debito qui nō liberat a gehenna. Et q' per maiore' dolorē euacuat culpa/ et tota pena. hinc cōtritiō dicitur minor z maior z maxima. S; nūquid oportet q' tant' sit dolor vel pigentia vt nollet hō pro toto mūdo vel pro vita obseruāda itez mortali' peccare. Plane dicit q' sic. eo q' minus bonū semper debet velle amittere ne maius amittat. Deus enī in infinitū maius bonū est toto mūdo. qui tamē amittitur in mortali pccō. Unde si penitēs pfitent' se esse in tali pposito/ amplectēdus est quia bene validā habet contritiōem. Si autē profiteat' se in ambiguo esse/ vtrum cederet vel sustineret mortē anteq' peccaret mortali' / adhuc fouēdus est nō abiiciendus. Sufficit enī aliquo modo istud ambigū. Et q' nullus cert' est vtz cederet vel sustineret. Et dicit August. in lib de v'ginitate. Sed si ex deliberata conscientia dicat se certū esse q' prius peccaret/ q' cederet toti mundo. vel mortē pateret. Istud dicit nō esse cōtritiū. nec vllam recipere remissionē peccatorū. Et q' nullā habet cōtritiōem. Hanc tamē quantitātē contritiōis nō debet cōfessor exigere vt coram se cōfiteat' penitens. Sed p signa debet eam in ipso supponere. Si ita tamen de facto pfigeat' / tenendū est quod dicit

An contritiōe oportet cū tota vita protendi.

De excessione cōtritiōis vtrum videlicet oporteat ipam cū tota vita protendi/ maxime cum medicina nō pcedat' vltra morbiū/ dubitari potest. Sed dicit q' dolor contritiōis nō finitur nec finiri debet in hac vita. imo sicut infinita est offensa in peccando. quia in deū q' est infinitus. ita erigitur vt dolor de offensa p modo possibili sit infinitus. vt scz eternitatē saltem vite hominis habeat. cum eternitatē simpliciter habere nō possit. Et q' nemo sit q' semper viuat. Hoc est si in eternū in hac vita viuere/ in eternū de pccō dolere deberet. Insup morbus pccō q'uis euacuatus sit quantū ad culpā z reatū/ semp tamen manet z manere debet quantū ad detestatiōnem in memoriā pperati delicti. vt dicit Hugo de sancto Victore. Cum q' morbo protēdit' dolor vt eius medicina. qui nō est curās morbiū preteritū. sed preferuās a futuro. De effectu vero cōtritiōis. z an in cōtritiōe deleatur peccatū anteq' deueniat ad cōfessionem. inuenies in summa Raymūdi titu. de peni. distinct. i. que est de cōtritiōe pagra. Sequitur quis sit effectus. Et paragra. qualiter autē hoc sit intelligendum.

De secunda parte penitētie scz de cōfessione in generali.

De cōfessione z satisfactiōe nō est opus multa tāgere eo q' diffuse de his tractetur in summa Raymūdi. Nota tamen qd sit cōfessio. An sit necessaria ad salutē. Et an cadat sub precepto. Et sub quo. Cui faciēda est. Quantū differri possit

Quid sit confessio in speciali.

Diffinit autē sic confessio. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorū declaratiō. Dicit in ista diffinitōne peccatorum declaratiō. contra illos qui peccata sua celando vel ea excusando occultant. Dicit peccatorū cōtra eos qui recitat bona sua in cōfessione. vel qui cōfiteantur per abnegationē peccatorū. vt nō sum adulter. nō sum homicida z huiusmodi. Dicitur corā sacerdote. scilz qui clauem habet z potestātē soluendi. nō corā quolibz

de populo. Poterit tamen in necessitate. vt in piculo mortis/ coram nō sacerdote fieri. Legitima dicit quod importat omnes cōditōnes que exiguntur ad verā confessionē. quas querere in summa Raymundi ritu. de pe. distinct. ij. que est de cōfessione pagra. sequit que sunt necessaria ad veram confessionem.

An confessio sit necessaria ad salutem;

Propter eos qui dicunt cōfessionem nō esse necessariā ad salutem/ eo q nō cadat sub aliquo pcepto diuino. Ut pater discurrendo pcepta decalogi Exodi. xx. Notandū est z inuolabiliter obseruandū. q absq vocali cōfessione vel signo quod lo co vocis sufficiat. non est salus. dūmodo cōfessor haberi possit. Eo q dicit Amb. Non potest quis a peccato iustificari/ nisi peccatū fuerit cōfessus. Et cōcedendū est q sub pcepto cadat sicut omne necessariū ad salutē. Sed attendendū est ali quid sub pcepto cadere dupliciter scilz vel principaliter explicite. vel secundario z implicite. Primo modo cōfessio non cadit sub pcepto. Eo q nō inueniat expresse in aliquo decē mandatorū seu pceptorū. Cadit tamen secundario z implicite sub pcepto. z dici potest q sub illo pcepto. Honora patrē tuū z matrē tuam. Ubi precipitur honor z obediētia faciēda matri ecclie. Quia igitur ecclia statuit z pcepit confessionē homini fieri. Et cōsequēti. in mādato illo picipi videtur. vt homi fiat cōfessio. Ubi autē confessio instituta sit z precipiatur ab ecclia. Require in summa Raymundi ritu. de peni. disti. ij. que est de cōfessione pagra. Cui sit.

Cui sit faciēda cōfessio

Qui autē faciēda sit confessio. in summa p̄dicta Raymundi dicitur. Verū tamen breuiter dici potest q soli p̄prio sacerdoti est faciēda. qz ille solus habet potestātē ab soluendi suos subditos. preterq̄ in casibus specialibus. scz cum dñs papa vel ep̄s in dyocesi sua/ dat proprio sacerdoti adiutores. sicut facit cū trāffert p̄tatem suāz in penitentiarios suos. vel ordinat aliq̄s qui predicādo/ z exemplū bone vite dan-

do/ moneāt populū z eos quos moneant audiant z absoluant. Vel cum plebs multa est z nō sufficit proprii omnes audire. tunc p̄t ep̄iscop⁹ dare coadiutores. Sunt z alij casus. scz cum sacerdos licentiat suū subditū vt alij cōfiteatur. Et creditur q tenet licētiare in sequētib⁹ casib⁹ subditos. Et si nō licētiauerit/ potest sub rati habitōne alicui⁹ peti. Scilz cū quis habet indiscretū sacerdotē. Item cū pbabiliter credit q reuelet confessionē suam. Item cū quis fornicatus fuerit cum filia sorore matre vel cōcubina proprii sacerdotis. propter qd incurere credit ei⁹ odiū si confiteat ei. Itē cum pbabiliter credit q velit inclinare animū cōfitentis ad cōsensum mortalis peccati. Itē cū quis occultus hereticus deprehenditur. Itē fm aliquos cū propria ouem p̄gnouerit. In huiusmodi casib⁹ peti potest licētia proprii sacerdotis. ne cōtemni videat. Et si nō dederit/ credit vel q maior ad eundem sit. vel aliquib⁹ illorū qui a superiore suo vel dño papa potentiā absoluēdi acceperūt/ confiteri possit. Eo q fatuitas iudicaretur cōmittere se discrimini. p̄sertim cum omnibus cōtradictōrib⁹ possim cadere piculum in corpore. Et fatuū esset dicere q aliquo casu teneret sequi eū qui me vult precipitare in mente. Sūt z alij casus in quib⁹ non oportet expectare nec adire p̄priū sacerdotē. Ut cū quis peccauerit in parrochia alterius. vbi ratōne delicti est ficitur de iurisdicōne eius in cui⁹ parrochia peccauit. Itē cū quis mutauerit domiciliū. z in alterius parrochia habitat. Item si est vagabund⁹ p̄ terras. Item cū est in articulo mortis. In q casu siue habenti clauēs ligatas. siue solutas licet cōfiteri. Sed hic attende q Raymund⁹ z alij valde magni dicūt/ q cum p̄prius sacerdos dat suo parochiano licentiā/ vbi voluerit confitēdi. oportet illū parochianum aliq̄ adire habentē generalē potestātē confessiōes audiendi. Eo q ipse p̄prius sacerdos parochianū suū licet possit de confitēdo alteri licētiare. Non potest tamen illū alienū sacerdotē licētiare q talem possit confessionē audire. nisi accepta ab ordinario potestate. Et tamē nos passim videmus/ q plebani assumūt sibi in adiutorij. multos qui nūq̄ licētiati fuerunt ab aliquo ordinario. Unde vult

et scribit Magister. vi. de trano in sum/ ma sua de titulis. q. a iure in ordinatōe data est eis potestas absoluēdi. z hanc re cipit quilibet in sui ordinatōe. Unde cū assumūtur a plebanis in adiutoriu/ pos sunt fm ipm confessōes audire. Nam cū a iure licentiā habent. nō egēt licentiā or dinarioz. Ceterū de verbo quodā qd dicit ipse. vi. de trano ti. de penitentiā

de gradibus peccatoz. videlicet q. vsus contra naturā/ execrabili ter sit in meretrice. sed execrabilius in yroze. Dubi tatio orit apud magnos eo q. ipse. vi. per verbū predictū videtur velle / q. ille vsus etiā cum yroze propria. semp mortale sit quod aliqibus nō placet. Dicunt eni qui dam q. propē necessitatē vtpote propter nimia pinguedinē/ vel apostema vel vul nus in ventre/ dum mō fieret in debito va se si cognosceret vir yrozem mō incōsue ro. excusabilē vir a peccato. dūmodo cau sa prolis habēde hoc fieret. Et vocant il li vsum cōtra naturā solum quādo qd nō ea parte corpis vtitur que ad generandū instituta est sed alia. Magister Alexander de Ales dicit q. peccat vir si yroze suā mo do brutali cognoscēdo. nec necessitas ex cusat a toto licet diminuat quātitatē pec cati. Unde grauitē peccat z vt creditur mortaliter fm ipm q. sic cognosceret/ nul la existēte necessitate. Magister Albert⁹ dicit q. nihil eozū que facit maritus cum yroze/ seruato vale debito/ est fm se mor tale peccatū. sed potest esse signū cōcupi scētie mortalis scz quādo nō sufficit mo dus quē natura determinat. sed habēt mo dos brutorū animalū. nulla existēte ne cessitate. Unde fm ipm quādo alter eoz nimis pinguis est. vel quādo cōtingit vē trem mulieris apostemari vel impregna ri. ita q. anteq. nō est membrū applica bile. tūc causa plis habēde. vel causa red dendi debitū. vel causa fornicatōnis vitā de/ nō est prohibendū aliter cōuenire. ni si dumtaxat vbi nulla precedēte necessita te. sed tantū ex libidine fieret. Istud tamē non expedit populū scire.

Quantū possit cō

fessio differri. Vltimū autem differri possit confessio/ apud aliquos dubi tatur. Dicūt enim aliqui q. cō

fessio differri potest sine peccato vsq. in tē pus determinatū. Et q. confessiōne face re nō sic est preceptū q. oporteat quolibz tempore fieri. Sunt q. distinguūt Quia aut ille qui peccauit/ nondū est cōtritus sed manet adhuc in mortali peccato. Et tūc non cōfiteri data oportunitate. sicut nō cōueri. vel non cōteri. est ei omī hora peccatū. Sed nō nouum peccatū. immo aggrauatō prioris. Et q. diurnitas sit circūstantia aggrauās peccatum. Si au tem ille q. peccauit iam cōtritus est. Dic q. tenetur cōfiteri aliquādo. sed nō tunc. vl tunc. Et ex precepto ecclie infra annū in tra formā decretalis. Omnis vtriusq. q. si nō confiteat/ peccat mortaliter. propter inobediētiā factam matris ecclie. An de illud preceptū de confitēdo non obli gat sub pena mortal. dūmodo fiat infra tempus statutū. si tamē homo semp con teratur. Sed qd si ante tempus sic ad cō fitendū statutū/ contingat aliqē ante q. cōfiteatur subito mori. nec habuerit tem pus cōterendi de trāsgressiōe diuini pre cepti. quo iubet aliquando cōfessionem facere. eo q. sit morte preuentus. Pura q. damnat tanq. legis diuine trāsgressor. Et q. in quo instāti prius fuit soluendo id est potēs soluere confessiōne. quia po tuit cōfiteri vel dolere q. nō fuit cōfessus. Sed in vltimo instāti iā factus est trāsgressor. Hoc tamē non intelligat de eo q. ex causa confessiōne differt. vt scz habeat confessorē discretiorē. vel alia vtili causa dūmodo diligentia apponat vt habeat.

De tertia parte

penitentie scilicet satisfactōne. Satisfactōne breuiter dicen dum est. Et primo qd sit. Que eius partes. An necesse sit ip sam fieri in charitate.

Quid sit satisfactō

in speciali. Affinitur autem sic satisfactō/ fm Grego. a magistro in quar to libro sentētiarū. Satisfacere est causas peccatozū excidere. z earū sug gestionibus aditū non indulgere. Et vo cat causas peccati/ occasiones alliciētes ad peccandū. Quarū quedā propinque sūt peccato. Et he sunt in nostra prāte.

E 2

ut eas possumus amouere vel excidere. **A**er
bi gratia. Cena splendida/ causa propin
qua est luxurie. vt Jerem. vi. Saturant
eos et mechati sunt. Et hac causam seu oc
casionem/ possumus amouere et excidere
Sunt et alie cause seu occasiones pecca
ti/remotiores. que in nostra potestate no
sunt. vt puta oblatio talis cene. vel alicu
ius rei delectabilis oculis cordis nostri.
vel suggestio diabolica de tali splendida
cena. No est eni in nostra parte arcere dya
bolum. quin talia oculis mentis nostre of
ferat. Occasiones ergo peccatorum pinqs
debemus excidere quia in nostra parte sunt
Sed occasiōibus peccatorum remotioribus
si veniat a parte diaboli. vel carnis vel
mundi/ no debemus consentiendo aditu in
dulgere. eo q in nostra parte sit eas no re
cipe. **A**lter autē diffinit sic. Satisfactio
est damni/ vel iniurie illate recōpensatio
fm iudiciū et ordinem iuris.

Quot et que sint

partes satisfactōnis.
Satisfactōis autē ponunt tres
pres. scilz oratio. elemosyna. ie
iunium. Que generaliora sunt i
satisfactōne cuiuslibet peccati. Cum eni
quis peccat/ delinqt in deum. et cōtra hoc
specialiter satisfactio oratio. Itē delinqt
in eccliam hoc est in proximū. et cōtra hoc
specialit satisfactio elemosyna. Itē delinqt
in seipm. et cōtra hoc specialit facit ieiu
nium. De quibus illud dicit. Bona est ora
tio cum ieiunio et elemosyna.

An necesse sit con
fessionē et satisfactōem fieri in caritate

Primo querit causa breuitatis
de confessiōe et satisfactōe siml
vtz necesse sit q fiat in caritate
Et an qui cōfiteatur et satisfactio
extra caritatē. teneat iterum cōfiteri. et ite
rum satisfacere. Et dicunt hic plures q
vtrūq; debet fieri in caritate. Et repeti si fi
at extra caritatē. Alij circavtrūq; distin
guūt. Et prio de cōfessione dicit q opoz
tet q fiat in caritate. ex quodā tamen cōse
quēti. ita q opoztet q fiat illud quod sta
tutū est ab ecclia. Et opoztet etiā q dū sit
q charitas habeat. quia semp sine cōfitea
mur sine nō/ nos tenemur habere carita
tem. Et sic vt tacitū est/ nos tenemur ex q

dam cōfessōni cōfiteri in charitate. Sed
si fiat extra charitatē non opoztet (vt di
cunt) eā repetere. sed solum satisfacere cō
fiteri q cōfessōne prius facti fuerim id ē
extra charitatē. dum tamē idem sit prior
et posterior cōfessō et memoriā habeat pec
catorum cōfiterentis. Alioquin opozteret re
petere. quia integra debet esse cōfessio. Et
isti dicti sui ponūt rōes q scz ad bec duo
scz cōfiteri et charitatē habere/ tenemur di
uisim. Nā propter statutū ecclie tenemur
cōfiteri siue habeamus charitatē siue nō
Et similiter tenemur habere charitatē si
ue cōfiteamur siue nō. Et ideo potest vñ
solui sine alio. Ut grā exempli. Si tene
or ire ad eccliam. et cū hoc teneor tota die
esse capatus in ecclia. Si vado ad eccliam
sine capa nō opoztet me iterato ire ad ec
clesiā. sed solum satisfacere de eo q nō fui
tota die in ecclia capatus. Consimilit in
proposito. De satisfactōe autē dicit q
in satisfactōne duo sunt cōsideranda. scz
ipsa solutio debiti. et ipse modus soluē
di. ita vt p datum siue factū fiat solutio de
biti. et p modum soluēdi placeat solutio.
Si autē per aliquē fiat extra charitatē so
lutio debiti. puta pene tacite a sacerdote
sicut ieiunare p annū et huiusmodi. dicit
q de rigore nō exigitur q iterato reddat/
cum charitatē et gratiā adeptus fuerit. S3
solum q illud qd defuerit in mō. ipse pe
nitendo soluat. Nā qui tenebat deo iniū
ctam penitentiā facere qd respicit debitū
et cum hoc in charitate et bñ ordinata vo
luntate facere. qd respicit modū soluēdi
debitū soluet sed nō modo debito. opoz
tebit talem cōfiteri et satisfacere de indebi
to modo soluēdi. Et tūc erit debita satisf
factio. Quia scz eicit satisfactū pns quā
tum ad debitū. Nūc vero posteri⁹ satisfit
quantū ad debitū modū. Reliqua ple
ne tractat in summa Ray. ti. de penitētia
ppter qd multa causa breuitatis trāseo

De sacramento ex
treme vntōnis et pñitibus ad ipsum.

Equit aliqua tangere de sacra
mento vltime vntōnis. Et p
mo quid sit. De eius institutiō
ne. Quid sit eius materia. Que
forma. Quis debitus minister. Quis ei⁹
effectus. Quid hic res. et quid sacramen
tum. Quis sit pceptibilis hui⁹ sacramti.

Et quo ad morbum Et quo ad etate. De loco vncionis.

Quid sit extrema

ffinit autē sic extre vinctō ma vncio a quibusdā. Extre ma vncio est linitio olei sancti ficati. facta ad releuatōem vtri usq; infirmitatis. scz mentis z corporis. Et ponit vncio extrema pro nomine vnico diffiniti. quod qz nō habem? circūloqui mur p duo. Iste vero termin? linitio qui ponit in diffinitōne sonat in actū vel in passiōē que est in suscipiēte ipm sacra mētū. sicut cū dicitur bap̄tism? est tictio zc. Designat tinctio passiuā. quia intingit bap̄tismus. Verūtamē si quis totum eē extreme vncionis vellet diffinire. posset ita notificare. Extrema vncio est sacram̄ tum ex vncōne infirmis p oleū sanctifi catū facta conferēs infirmis remediū cō tra peccati reliqas. et si expedit alleuiatō nem ferens corporis infirmitati.

De ei? institutione

Quando autēz vbi sit hoc sacra mentū institutū est duplex opi nio. Una dicit ab apostolis hoc sacramētū esse institutū que videt confirmari p glosam sup illud Marci. vi. Ungebāt oleo multos egro tos z sanabant. Que glosa sic dicit Ab apo stolis patet hūc morē esse traditū vt ener gumini z alijs egroti / certo loco vngatur oleo / a pontifice consecrato. Scdm hoc ergo dicendū est qz apostoli a deo inspira ti. diuina auctoritate z voluntate instituere potuerūt istud sacramētū. immo ipse de us in ipsis licet forsan tūc non vngerent modo z forma qua nūc fm ordinatiōem ecclie fit vncio. Sed forsan ad tempus istam formā ex causa nō seruauerūt. sicut ipsi (vt sup? tractū est) ad tēpus ex causa ratōnabili formā bap̄tismi mutauerunt. vt scz bap̄tisarēt in nomine christi. Alij volūt qz istud sacramētū xps se institu erit quoniā iuxta p̄allegatū capitulū. vi. Marci. Narrato quō christus suos mi sit discipulos ad predicandū statim seq̄ tur. Et exeūtes predicabāt vt penitentiā agerēt z demonia multa eieciēbāt z vnge bāt oleo mltos egros z sanabantur. quod nō credid sine institutiōe dñi fuisse. Nec si

mile est de immutatōne bap̄tismi. qz aliō est mutare formā sacramēti. z aliud insti tuere totū sacramētū de nouo celebran dum. Nam z forte nūc per ecclie auctori tatē aut aliquā sibi datā inspiratiōem si cut apostoli habuerūt / possent aliqua ad temp? iusta de causa circa formāz alicui? sacramēti. immutari. sed totū sacrm̄ in stituere / null? posset vt credit. nisi sol? de?

Que sit materia sa

cramenti extreme vncionis Materia huius sacramēti est ole um simplec ab ep̄o benedictuz sine alterius rei admixtione. Cū enim oleū significet nitorem consciētie z balsamū suauitatē fame. z moritur? maxi me indiget nitore cōscientie. z nō multū suauitate fame / apparet qz morituri sim plici oleo cōueniēter pungūtur. Nō cris mate. quod ppositū est ex oleo z balsamo Et quoniā in cratu constitut? indiget gratia sanāte. nō tantū cor sed etiā alia membra qbus abusus est / indiget nō tā tum vncōne cordis. sed etiā aliorū mem brozū quibz maxime peccauit. vt sicut tri na mersio in bap̄tismo signat submersio nē trium peccatorū que in mūdo regnāt scz ꝑcupiscentie carnis. cōcupiscentie ocu lozum et supbie vite. Sic hic multiplex in vncō signat eliminatōez ex diuina mi sericordiā mebrozū singulorum.

Que sit forma hu

ius sacramēti. Forma autē sciēdum est qz si cut forma alioz sacramētoz cō sistit in sermone z ope vt bap̄tismus in verbis illis / bap̄tiso te zc. Et in ope scilz in mersione bap̄tismi. Et sic de alijs sacramētis. Sic hui? sacramēti for ma cōsistit in ope z sermone. In ope qui dem. in illa scz signatōne mebrozū in for ma crucis. In sermone vero in platōe ho rum verborū. Per istā suauissimā vncō nez / z suā p̄ssimā misericordiā dimittat tibi deus quicqd p visum peccasti. Et sic de ceteris mebris. Nec iterā ista forma su p eandē materiā p replicatōem verborū. quia nō om̄ino sunt eadē verba vt patet licet in pre eadē esse videant. Sed cum multiplex sit vncio z multiplex verborū p̄olatō qz ad singula mēbra singule sūt

E 3

unctiones. et propria verba dicuntur. Nunquid ad inunctionem oculorum dimittuntur eorum peccata. Et similiter ad alias inunctiones aliorum membrorum/alia eorum peccata. vel omnia peccata simul dimittantur. Dicitur quod omnes alie inunctiones licet si sint diversis temporibus/tamen pro eodem tempore pro ultimo instanti placitis et complere inunctionis facte censeant. sicut in simili dictum est supra in consecratione eucharistie. Nam sic hic est tunc enim omnia peccata simul dimittuntur scilicet in ultimo instanti totius inunctionis et prolationis verborum pro quo fiunt omnes inunctiones.

Quis sit debitor minister in sacramento extreme unctionis.

Minister autem hoc est tenendum / quod solus sacerdos potest hoc sacramentum conferre. et solus episcopus hoc oleum consecrare. Quod patet tamen ex auctoritate beati Jacobi qui in sua canonica capitulo ultimo dicit. Infirmatur aliquis in vobis inducat presbiteros ecclesie. et orant super eum. ungentes eum oleo in nomine domini. etc. Tum quia istud sacramentum consummationis est penitentie. Et ideo pertinet ad claves que solis sacerdotibus conferuntur.

Quis sit effectus istius sacramenti.

Effectus autem huius sacramenti secundum magistrum in libro sententiarum ponitur duplex scilicet sanatio corporis et spiritus. ut sicut homo ex duobus constat scilicet ex corpore et anima. Ita sit effectus huius sacramenti sanatio utriusque. sed principalius mentis. quod iste effectus semper sequitur in vere penitentia. Et ista sanitas mentis in duobus consistit. scilicet in peccatorum remissione. et in virtutum ampliatione.

Quid hic res et quid sacramentum sit.

Enimvero ut scias quid sit hic res et quid sacramentum. Notandum quod secundum quosdam sacramentum hic est ipse usus olei. siue consignatio cum oleo. Res autem est ipsa gratia spiritus sancti. que dicto modo efficit sanationem mentis. et etiam quibus corporis. quando scilicet expeditus fuerit. Secundum alios autem sacramentum est ipsum oleum. Res autem gratia spiritus sancti. etc. Est autem in-

venire inter illa plurimam similitudinem. quod gratia spiritus sancti ad modum olei lenitiam est morbi spiritualis. lenificat etiam consolatur ab hac vita exeunte. Unde in psalmo. Ut exhiberet faciem in oleo id est mentem que facies interior est in oleo extreme unctionis. Et panis id est eucharistia que inunctis exhibetur cor hominis confirmet.

Quis sit perceptibilis huius sacramenti.

Quis autem perceptibilis sit huius sacramenti. Dicitur quod non omni morbo venatus sed solum morbo graviore in quo timeatur periculum mortis. Tum quod omnis egritudo corporis crescendo potest reducere hominem ad obitum in omni morbo cum cepit imminere periculum mortis / poterit istud sacramentum dari. Sed nunquid puuli et ignorantes et amentes possunt inungi. Dicitur quod non. Tum enim hoc sacramentum non debet dari non recognoscens. et non postulans ipsum. Tales autem sunt puuli et ignorantes. qui omnino usum rationis amiserunt. Et furiosi nisi habuerint dilucida intervalla. Dicitur quod huiusmodi inungendi non sunt. Posset enim esse periculum tam in irreuerentia. quam etiam in imundicijs que hominibus homines comitantur. Si tamen furiosi habuerint lucida intervalla possent illi intervalle inungi si immineret periculum mortis.

De loco unctionis

Locis autem unctionis est variatio apud diversas ecclesias. Hoc tamen semper tenendum est quod loca quibus sensuum principalium inungenda sunt sicut oculi. aures. nares. pedes et manus. Quidam autem addunt pectus et renes. et vmbilicum in quibus delectatio est venerea licet non oporteat. Sed ubi inungendi sunt mutilati. Dicitur quod in loco mutilationis. quod licet membro careat. non tamen caret potentia que propter actus peccati ab intra. licet non ab extra. Et ideo ut expiet peccatum cum membro non supersit. in loco incisionis vel in loco illi membro maxime vicino inungendus est.

De sacramento ordinis et pertinentibus ad ipsum in generali.

A sacro ordinis primo occurrit dicendum. Quid sit ordo. Quid ibi pro materia et quod pro forma. Quot sunt gradus et sufficientia

eor. Quot sunt de necessitate huius sacramenti. Qui ordines sacri. et quare sic dicantur

Quid sit ordo et

quomodo diffinitur.

Diffinit autem sic a magistro in libro sententiarum. Ordo est signa culum quoddam sacrum. quo spiritualis potestas traditur ordinato et officium. Item quidam antiquorum magistrorum ita diffiniunt. Ordo est sacramentum spiritualis potestatis ad aliquod officium in ecclesia ordinatum.

Quid in sacramen

to ordinis sit materia. Et quid res sacramenti

Utrum autem sit hic pro materia et quid pro sacramenti a quibusdam dicitur quod sicut in baptismo tria sunt. Unum scilicet quod tamen est sacramentum. scilicet aqua vel tinctio cum verbo. Et alio quod est res tamen scilicet remissio peccati. vel collatio gratie. Et tertium quod est res et sacramentum. scilicet character baptismalis.

Sic hic est aliquid quod est sacramentum tamen. scilicet illa signa visibilia cum verbis. quibus spiritualis potestas traditur ordinis. Ut in hostiarum traditio clauium cum verbis ad presbiterium. In lectoribus traditio libri prophetarum cum verbis ad hoc institutis. Et sic de alijs. Et aliquid quod est res tamen scilicet gratia spiritualis est infusa. vel presens spiritualis. Est et aliquid quod est sacramentum et res scilicet character quod imprimitur. Alij ponunt duo pro materia et res.

Sed tunc circa hoc oritur dubium cum dicatur quod hoc sacramentum sit aliquid sacramentum signum exterius cum verbis ad hoc ordinatis. Et in quibusdam ordinibus sicut in sacerdotio sit pro sacramento impositio manuum cum forma verborum. An si ab uno per se perferantur et ab alio manus imponatur ordo conferatur. Et patet quod non. Ut in decreto distinetur. xxiiij. ca. quorumdam clericorum et ex textu et ex glossa.

Quot sunt ordinum

gradus et unde eorum numerus et sufficientia

Utrum autem sint ordinum gradus dicit magister in iij. sententiarum quod sunt. vij. scilicet hostiarius. lectoris. exorciste. acoliti. subdiaconi. diaconi et presbiteri. Quorum est officium corpus christi quod est excellentissimum officiorum duarum. Et ideo supra sacerdotium non est ordo superior. imo nec episcopus. nec archiepiscopus.

Quorum numerus et sufficientia sic poteris

accipere. Ordinum unum est summus et principalis scilicet sacerdotium. Alij secundarij et huic deficiunt. Summus ordo duos habet actus. scilicet principalis qui est conficere corpus christi. Et secundarij qui est populum preparare ut idonee coicet. Secundarij autem ordines et huic summo ordini deficiunt. Aut deficiunt ei quod ad actum suum principale aut quod ad actum suum secundarium. Si quod ad actum suum principale qui est conficere corpus christi tunc est presens super hostias ex quo conficit corpus christi. Et hoc potest esse dupliciter. Quia aut in preparatione qui ad populum qui eas offerunt templo. Et sic est ordo subdiaconatus. Subdiaconi enim interest accipere hostias a populo et reponere in presbiterio. ut ipsas ministrare possit diacono ut dicit ysidorus. Aut est presens super hostias in preparatione qui ad sacerdotem. et sic est ordo diaconatus cuius est hostias oblatas ponere super altare et ordinare ut eas ibi consecret sacerdos. Si autem est ordo deficiens sacerdotio qui ad actum suum secundarium scilicet ad preparationem populi tunc aut deficiunt ei in amonendo malum. aut in ordine ad bonum. Si prior modo tunc iterum contingit dupliciter. scilicet aut amonendo malum quod est ab extra. et sic est ordo hostiariorum quorum officium est indignos et viles excludere. ne violent locum communionis fidelium. aut amonendo malum quod est ab intra. et tunc est ordo exorcistarum qui est arcere vim demonis per adiurationes ne impediatur perceptio sacramentorum. Si autem ordo defuit sacerdotio in ordine ad bonum. tunc potest esse dupliciter. Aut ex parte intellectus et tunc est ordo lectorum quorum officium est legere apte et disticte ad illuminationem intellectus. Aut ex parte affectus. et tunc est ordo ceroferariorum qui in signum ignis spiritualis accedendi in cordibus nostris cereos flammiferos deferunt. Et hi sunt acoliti. Acoliti enim grece ceroferari. id est latine. Alij volunt quod novem sunt ordines in ecclesia militate sicut sunt novem ordines angelorum in ecclesia triumphante. Et secundum quosdam illorum episcopus et archiepiscopus constituunt duos gradus. qui additi septem precedentibus faciunt novem. Secundum alios corona est primus ordo et episcopus ultimus. et sic sunt novem cum septem nominatis. Sed prior sententia prior est in conspectu modernorum.

Quot et que sunt

de necessitate huius sacramenti. Equivocare quot et que sunt de necessitate huius sacramenti. Et dicitur quod

ser precipue. scilz serus virilis. Unde mu-
lier nō est susceptibilis ordinis. Itē pre-
cedēs baptismus qui etiā est fundamen-
tū ceterorū sacrorū excepto cōiugio. An
si aliq̄s nō baptisatus ordinaret/ nihil re-
ciperet. vñ oporteret post baptismū si vel-
let aliq̄e ordinē exequi/ q̄ itē ordinare-
tur. Itē potestas ordinātis. qz qui nō
est eps ordinē cōferre nō potest. Itē in-
tentio recta. vt scilz ordinās intendat fa-
cere qd̄ facit ecclesia. et similiter ordinan-
dus fm̄ quosdā. Itē materia seu sacramē-
tū vt traditio libri et similitū cū forma ver-
borū. Item temp⁹ seu etas fm̄ aliq̄s qm̄ si
puulus ordinē etiā precedētib⁹ alijs gra-
dib⁹ nihil recipet cū fm̄ eos in hoc sacra-
mento exigat tam intētio recipētis ordi-
nē q̄ p̄ferētis. Paruul⁹ autē qz non habz
vsum liberi arbitrii nō habz intētionem.
Alij volūt q̄ etas sit de cōgruitate nō de
necessitate hui⁹ sacramēti. Et iō in p̄dicto
casu puulus fm̄ eos recipit caractere nec
fm̄ eos est reordināndus. Frater albertus
vult. qz in alijs ordinib⁹/ etas sit de cōgrui-
tate. sed qz in vltimo ordine qui est sacer-
donū/ est de necessitate. An plane vult qz
ordo sacerdotij nō possit puulo conferri.
Itē ieiuniū fm̄ aliq̄s. eo qz fm̄ eos pran-
sus nō cōferret ordinē nec suscipet. Alij se-
re om̄es volūt cōtrariū. Multa p̄terea
sunt de honestate et cōgruitate tam ex pte
cōferētis ordinis q̄ ex pte temp⁹. que
reperies expresse in summa Raymū. libro
tertio in principio et consequēter.

Qui ordines sint

sacri et quare sacri dicuntur.
Ostremo notandū qz licet oēs
p̄dicti septē gradus sacri sint
quatuor tñ primi minores ordi-
nes/ nō dicuntur sacri. s; solū tres maiores
sc; ordo subdiaconat⁹. ordo diaconat⁹. et
ordo p̄biterat⁹. Et hoc p̄pter dignitatē q̄
inducit ministrātio in trib⁹ maiorib⁹ or-
dinib⁹. oportet enī eos vouere cōtinenti-
am vel simplicitē vel fm̄ temp⁹. Simpli-
citer in tota ecclesia occidentali. vbi nō dā-
tur isti tres ordines/ nisi vouētib⁹ ipso fa-
cto p̄petuā castitatē. Secundū temp⁹. vt
in orientali ecclesia. vbi q̄ in matrimonio or-
dinē recipiūt/ in matrimonio p̄manent.
S; tñ dū ministrāt/ abstinēt ab vxorib⁹.
Insup ill⁹ mortuis/ alias ducere nō p̄nt.

De sacramento cōiugij

et pertinentibus ad ipm.
De sacramento cōiugij nō mul-
ta necesse est hic dicere eo qz in
summa Raymūdi libro. iij. de
hoc sacramento sufficiēter tractet. Sunt q̄
dam tñ que ibidē nō tangūt de quib⁹ hic
aliqua breuit⁹ memorāda sunt videlicet.
An istud sacramentū sicut alia sacra-
menta cōferat grāz et efficiat qd̄ figurat. Quis
sit eius effectus. An opus cōiugale possit
fieri sine pctō. An debeat reddi debitū cō-
iugale tpe impregnatiōis. Itē an debeat
reddi temp⁹ loco sacro. Item an semper
debeat reddi cū petitur. Quid hic sit ma-
teria et forma. et qd̄ res et sacramētum.

An sacramentū cōiugij p̄ferat gratiā et efficiat quod figurat

Resupposito qz matrimoniū est
viri et mulieris coniunctio legi-
tima/ indiuiduā vite consuetu-
dinē retinēs. que definitio dat
fm̄ naturā optime institutā. qz tūc vna et
pura fuit. P̄termissio etiā tractatu de cā
institutiōis hui⁹ sacramēti. vbi institutū
fuit. et qui p̄nt cōtrahere et qui nō cū aliq̄-
bus alijs circa hoc sacramētū necessarijs
que exp̄sse libro quarto summe Raymū-
inuenies. nūc querendū venit an hoc sa-
cramentū sicut alia/ cōferat grām et efficiat
quod figurat. Ubi triplex cadit opinio.
Prima dicit qz nō cōferat aliquā gratiā
sed cū alia sacramēta significēt gratiam et
p̄ferant. istud tantū signat gratiā sed non
cōferat. Hec est opinio magistrī in li. sentē-
tiaz. et p̄positi antisydori. Secunda
opinio dicit qz cōferat grām sc; recessum a
pctō. nō tñ in ordine ad bonū. Et dicunt
qz gratia illa est/ qz virtute hui⁹ sacramēti
mitigat concupiscentia. ne ferueat vltra nu-
ptiaz honestatē. Et hec opinio p̄babilis
or videt. Tertia et satis p̄tororū opinio
est qz cōferat grām etiā in ordine ad bonū.
Non quidē generalitē se ad bonū hoc tñ.
qd̄ debet facere cōiugatus. Et istō bonū
est vt fideliter coniugi assistat. opa sua illi
cōmunicet. plem susceptā religiose nutri-
at et huiusmōi. Et fm̄ hoc patet qz efficiat
gratiā quā figurat. sed non oēm quā figu-
rat. sicut nec oportet. Figuratur quippe cō-
iunctiōem fidelis anime cum christo. que

quidem est effectus eius non contentus quidem sed significatus.

Quid sit eius effectus

Et premisis igitur habes quod duplex est effectus matrimonii. Unus scilicet non contentus sed tantum significatus. scilicet coniunctio fidelis anime cum christo. Alius contentus et significatus. gratia scilicet qua mitigat fomes. et qua fideliter coniugi assistitur.

An amplexus maritalis possit fieri sine peccato.

Trum autem fieri possit amplexus matrimonialis sine peccato vel meritoze post hec venit dicendum. Et dicitur quod cause quatuor precipue sunt propter quas fit coniunctio coniugalitatis. Aut enim fit causa suscipiende proles. et hoc dupliciter. Aut scilicet ad cultum diuinum ampliandum. et hec causa sic agnoscenda videtur ab omni peccato excusari et reddidit opus meritozum. diuimodo ista intentio ante finem operis per delectationem non corrumpatur. Vel fit causa proles ut scilicet habeat successores hereditatis et hec causa non excusatur a veniali sed a mortali. Aut fit causa reddendi debitum et hec causa excusatur a culpa et secundum aliquos meret sic facies. dum tamen ista intentio per inordinatam voluptatem ante finem operis non supplantet. Aut fit causa fornicationis vitande et hec causa excusatur a mortali. Aut fit causa exsaturande libidinis et hec causa non excusatur a mortali. Vel secundum alios in hoc ultimo casu distinguitur quod aut illa libido causa cuius exsaturande fit coniunctio coniugalitatis tantum repressa erat quod eam nollit alter coniugum cum alio vel alia explere. et tunc dicitur quod adhuc est peccatum veniale. Aut instanti creuerat illa libido ut indifferenter vellet quis eam siue cum sua siue cum non sua explere. Et tunc dicitur esse mortale peccatum.

An tempore impregnationis debeat reddi debitum coniugale.

Et tempore impregnationis dicitur quod propter periculum non debet in tempore impregnationis vxor cognosci. Unde si vir eo tempore moueatur ad coitum debet ratione talem motum propter timorem predicti periculi refrinere.

maxime quatuor primis mensibus. Si tamen vir vxorem dicto tempore cognouerit non propter hoc peccat mortaliter. Verum etiam quod mulier illo tempore maxime coitum ut frequenter appetit. si ipsa petat et ipse ferit exactus reddat sic reddens leuius peccat. exigens vero grauius. vterque tamen venialiter tamen.

An tempore et loco sacris debeat reddi debitum.

Et tempore sacro similiter dicitur quod tempore quadragesime et quatuor temporum et rogationum et precipuarum solennitatum non debet alter coniugum debitum petere. Si tamen petierit cum pigritia tamen animi quod sine coniugii usu esse non possit venialiter peccat. Si autem alter petierit reddat. ex actu tamen iusticie et fide thori excusatur a peccato. nisi in his casibus preter temporum huiusmodi solennitatem aliquid iuxta distinctiones superpositas grauius incideret quod peccatum aggrauaret. Sed secus est de loco vtrouque aliqui quod scilicet non tenentur in loco sacro reddere debitum si aliquis alius locus haberi possit. Si autem alius locus non possit haberi ut contingit in tempore guerre vbi multis noctibus in locis sacris iacent viri cum vxoribus suis. tunc si alter coniugum soluat exactus habes de hoc dolore cordis peccat tantum venialiter. imo si erigat cum planctu et pigritia quod sine usu coniugii esse non potest. non creditur multi quod peccat mortaliter. Nec credas quod tunc contaminetur locus ita quod reconciliatio indigeat. quia contaminatio sacri loci distinguitur dupliciter. Una que procedit ex incongruitate operis. quod fit in ipso respectu dicti operis in se. Et alia que procedit ex incongruitate operis non quo ad se. sed quo ad consecrationem seu actum ipsius loci in quo fit. Nam illa que procedit ex incongruitate respectu loci tantum et non operis in se non contaminat locum in tantum quod indigeat reconciliatio. Sed illa vero que procedit ex incongruitate ad sanctificationem loci respectu operis in se ut est in magnis facinoribus. sicut in stupro adulterio homicidio et huiusmodi. et hec locum contaminat in tantum quod reconciliatio indiget maxime respectu aliquorum facinororum ubi sunt manifesta.

E 5

An semper debeat

reddi debitum cōiugale cum petitur.

Quod solutōne autē debiti cōiugalis hoc tenēt aliqui q̄ om̄i tempore petenti debitū est reddendū fm̄ oportunitatē loci. **Q**uod ideo dicit quia ille act⁹ / verecūdiā q̄ndā habet sibi annexā. **Q**uā nō oportet q̄ solvatur in publico. sed in om̄i hora om̄iq; dimisso negotio. si scit alterū esse in piculo sa cōcupiscētia. tenet captare secretū cubile et debitū reddere. **A**lij distinguūt q̄ si cut in preceptis affirmatiuis semp ad ea tenētur sed nō p̄ semp vt verbi gratia **S**e p̄ teneor honorare parētes meos / sed nō pro semp sed solū pro loco et tempore. **I**ta hic vt dicit quis ad semper tenet reddere debitū. sed nō tenet pro semp. sed solū cū oportunitas loci et tempis hoc exegerit. **E**t nota duos versus qui determinant quinque casus. in q̄bus quis potest reddere debitum sine peccato sed nō petere. **F**esta sacerq; locus ieiunia mēstrua partus. **S**i petis his peccas reddis q̄nq; licenter

Quid sit materia et

quid forma in sacramento coniugij:

Quid autē sit materia et quid forma. dicitur q̄ materia sunt / legitime p̄sone / in potentia cōmittōnis secūū existētes. **C**irca quod multi difficiles et diuersi casus occurrūt hoc sacramētū matrimonij impediētes q̄ sufficienter in summa Raymūdi determinātur. quare hic causa breuitatis non exprimūtur. sed solū pro quadaz compēdiosa annotatiōe. ponūtur sex versus sequētes. **E**cclēsie vetitū necnō tempus feriatū. **I**mpediūt fieri. permittūt facta teneri. **E**rror. cōditio. votum. cognatio. crimen. **C**ultus disparitas vis ordo ligamē. honestas. **S**i sis affinis si forte coire neq;bis. **H**ec sociāda vetāt cōnubia iuncta retractāt. **F**orma autē est cōsensus p̄ vba exp̄ssus. vt accipio te in meā et vel huiusmodi. **S**ecūdū alios cōsensus animorū est materia in iugio. forma autem est debita verborū platorū forma scz **A**ccipio te in meā. et. **S**ed nunq̄d et iste cōsensus debeat ferri et esse ad carnalē copulam. **E**t dicit magister in libro sentētiarū q̄ nō in carnalē copulā nec in cōi-

bitatōem corpalem sed in societate cōiugalem. quod sic exponit hoc est in carnale debitum. nō in carnalem actū. **N**ec obstat illud de matrimonio beate virginis que fm̄ beatū August. ita in matrimonio cōsensit / q̄ nisi aliter deus iuberet. debitum cōiugale nō redderet. **A**it enim sic **C**ōmittens autē virginitatē suam diuine dispensatōni / et cōsensit in carnalē copulā nō illā apperendo sed diuine inspirationi in vtroq; scilz et virginitate et cōmixtione obediēdo. **S**ed virginitatē quā nondū vouerat / in desiderio habuit et cū firmo proposito. cōmixtionē vero illam nisi deus aliter disponeret in sufficientia. **E**t his satis patet quid hic sit sacramētum et quid res. **N**am sacramētū est cōsensus animorū et cōiunctō corporū. **R**es autē duplex est scilz vnio christi et ecclēsie. **I**tem vnio duarum naturarū in christo. **N**am sicut in matrimonio cōiunctio est animorū vnus cum vna ita vnus christ⁹ cum ecclēsia que vna est vt dicit Lantiē. vi. vna est colūba mea. et. **D**e qua etiam vniōe dicit prime **A**d corin. vi. **Q**ui adheret deo / vnus spirit⁹ est cum eo. **I**tem sicut in matrimonio est cōmixtio diuersorum secūū / ita in christo est vnio duarum diuersarū naturaz scz diuine et humane.

Explicit tractatus tertius de expositione septem sacramentorum.

Incipit tractatus
eiusdem quartus de septem virtutibus et
earum declaratione.

Hinc aliqua
tangenda sunt de virtutibus
Et primo quid sit virtus in ge-
nere. Quot sunt in numero. et
de earum sufficientia. Deinde de singu-
lis in speciali erit aliquid dicendum.

Quid sit virtus in

Et autem virtus secundum
Augustinum bona qualitas mentis.
qua recte vivit et quod nullus male
vit. quia solus deus in hoc operatur.

Notatur dicitur bona qualitas ad duas mala
runt qualitates cuiusmodi sunt perditionis avaritia.
Addit mentis. ad duas corporaliu[m] quali-
tatu[m]. quales sunt albedo nigredo. Et sub-
iungit. quia scilicet virtute recte vivit. ad dif-
ferentiam scientie que quis sit bona quali-
tas mentis. non tamen necessario ea recte vi-
vitur sed potius ea recte intelligit. Et addi-
tur quod nullus male vit ad differentiam po-
tentiarum naturalium quibus contingit et bene
vit et male vit. cuiusmodi sunt rationabilitas
et concupiscibilitas. et irascibilitas. que pro-
prie potentie dicuntur. Dicitur etiam quia solus
deus operatur in homine. quod ponit ad diffe-
rentiam virtutum politicarum. que volunt philo-
sophus in ethicis generatur et frequen-
ti bene agere. cum virtutes theologice a deo
infundantur. Et quo apparet quod procedens
diffinitio est proprie virtutis theologice.

Sed prout virtus comprehendit tam quatuor
virtutes cardinales quam tres theologicas sic potest
diffiniri. Virtus est amor habendi se ad omnia
ut debet. Unde Augustinus in libro de moribus
ecclesie singulas diffinites virtutes. in omnibus
diffinitionibus ponit amorem tanquam genus. et
adiungit diversos actus quasi diversas differentias.

Quot sunt virtu-

Etes et de earum sufficientia.
Edicta autem diffinitio extra-
bi potest numerus septem virtutum
scilicet quatuor cardinalium et trium
theologicarum. Cum enim virtus sit amor ha-
bendi se ad omnia ut debet. aut erit amor

hominis seipsum debet ad creatorem. aut ad creatu-
ram. Si primo modo tunc vel erit amor
ad creatorem ut recognoscat et sic erit fides
que est illuminatio mentis ad cognoscendum
deum. Aut erit amor ad creatorem ut possi-
deat. et hoc dupliciter scilicet vel ut habendus
in futuro. et sic est spes. Vel ut quod hic iam
habitus et retus. et sic est caritas qua quis li-
cet per quandam modum imperfectum habet hunc de-
um. Quia qui manet in caritate in deo ma-
net et deus in eo. i. Joh. iii. Si autem sit
amor homini seipsum debet ad creaturam. tunc vel
ad creaturam que sub nobis est ut caro. et ta-
lis amor sic habendi se ad eam ut debet est
temporalis. Aut ad creaturam que iuxta nos
est. sicut est proximus. et talis amor sic se re-
cte habendi ad eum est iusticia. Aut ad crea-
turam que contra nos est. et tunc aut illa creatu-
ra est nobis insidiosa. et talis amor sic se ha-
bendi ad eam ut debet est prudentia. Aut
illa creatura est nos molestans. et talis amor
sic se homini ad eam ut debet est fortitudo.

De tribus virtuti-
bus theologice. Et primo de fide.

In speciali tangendum est de virtutibus
theologicis. Et primo de fide. De qua
modo dicendum quod sit. Quot modis di-
cat. Que sit fides informis et que formata.
Et utrum una sit alia. Et an demones habeant
fidem. Utrum pueri baptisati habeant fidem. Utrum
in aliquo casu sufficiat suare fidem cordis dif-
fiteri ore. Utrum fides possit subesse falsum.
An omnes teneantur ad fidem explicitam?

Quid sit fides et

Secundo diffinitur.
Secundum autem apostolum ad hebr. Fi-
des est res sperandarum substantia.
argumentum non apparentium.
Et diffinitur hic fides prout est fundamentum
in edificio spirituali. Subsistit ei omnibus alijs
virtutibus et eas collocat in nobis. i. facit eas
in nobis collocari. Et hanc sic intellige dif-
finitionem. Fides est sperandarum res substantia.
i. fides facit modo res speratas subsi-
stere in nobis spe. que tandem subsistet re. Fi-
des dicitur argumentum. i. ostensio vel demon-
stratio non apparentium rerum. Sed nonne
apostoli crediderunt christum passum? utique.
quod in eorum symbolo hoc per articulo ponit.
et tamen apparuit eis passio sua. Sed dicitur
quod viderunt et aliud crediderunt quod hominem

passum viderūt z deū passum crediderūt
Deum autē passum esse/est articul⁹ fidei
fm August. Non hominē illum passum
esse Quia hoc crediderūt iudei qui fidem
nō habent catholicā. ¶ Secundū autem
Augustinū. Fides est illuminatio mentis
ad videndum deum.

Quot modis fides

Quot modis fides dicitur autē fides mul
tipliciter. Aliquādo enī accipi
tur pro habitu fidei informis
Un̄ Jacobi. ij. Fides sine opi
bus. Aliquādo accipit pro habitu fidei
formate. Unde ad hebreos. xi. Sancti p
fidem vicerūt regna. Aliquādo pro actu fidei
formate fm q̄ dicit Augu. Fides est cre
dere quod nō vides. Aliquādo pro facilitate
credendi. Unde Math. viij. Nō inveni
tantā fidē in israel. Aliquando p obiecto
fidei scilz pro eo qd̄ creditur. cuiusmodi
sunt articuli fidei Unde in symbolo atha
nasy dicit. Hec est fides catholica. qd̄ in
telligit de articulis ibi positis.

Quid sit formata z

qd̄ informis. vtz vna possit fieri sine alia
Fides autē formata est fides q̄
opatur p dilectōem que scilicet
informat gratia z caritate. Fi
des autē informis est huic con
traria vtraq̄ formabilitate priuata q̄lem
hnt existēs in pctō mortali. q̄ nihil ali
ud est q̄ potētia naturalis assentiēdi veri
tati vtili. ¶ Utrū autē fides informis sit
at q̄q̄ formata vel nō z an quoties pec
cat mortalit̄/ omnino pereat fides forma
ta. z cū ad statū gratie p penitentiā redit
vtrū noua fides creat. ¶ Multi vidētur
dubitare. Dicūt enī aliqui q̄ fides infor
mis eadē est in essentia cum fide formata
sed differūt fm intēsiōnē maiorē z mino
rem. vt assensus veritati aliq̄ illustratōne
gratie irradiatus sit fides informis. assen
sus autē vehemēs/ multa illustratōne gra
tie illuminatus. sit fides formata Et volūt
isti q̄ fides informis hic finiri possit. for
mata vero nō. ¶ Alij dicūt q̄ nō sunt ea
dem in substātia sed euacuata siue recedē
te fide formata/ totū perit Et relinq̄tur tā
tum modica quedā lux in anima/ que nō
facit hominē gratū que dicit fides infor
mis ¶ Alij distinguūt q̄ dupliciter dicitur

fides informis. Uno modo p priuatiōes
actuales forme debite. Et p hunc modū
dicitur fides informis esse in pctōribus.
quia nō est in eis gratia gratificās vel ca
ritas. Alio modo dicit fides informis p
priuatiōem possibilitatis ad formā debi
tam. z hec fides informis est in demoni
bus q̄ nō habent possibilitatē ad gratiā.
Et primo modo dicta fides informis/ sic
differt a formata/ q̄ nō formata fieri pos
sit. scz q̄ illud qd̄ fidei informi subiacet/
potest formari. Unde materialit̄ loq̄ndo
hec potest fieri illa. sicut cecitas in oculo
potest fieri visus p miraculū. Sed secu
do mō dicta fides informis oīno differt
a fide formata sic q̄ nullo mō fieri potest
formata. Et illud plus placet aliq̄bus
Et bis patet an demones habeāt fidem
Habent enī fidē informē vt dicit sancti
Sed vt dixi multo aliter q̄ pctōres. quo
niā fides informis demonū nō est possi
bilis ad formā debitā sicut fides pctōrū
in q̄ est aliq̄ quāuis modica illustratio gra
tie. In fide vero demonū nulla sed tantū
credulitas quedā ex cogitatōne naturali
et orta.

Utrū paruuli ba

ptisati habeant fidem.
¶ Id quod q̄ritur vtrū paruuli
baptisati fidē habeāt. Dicunt
quidā q̄ nec fidē habeāt. nec ce
teras virtutes. eo q̄ he nō pferūt eis in
baptismo sed tantū purgatio ab originali
peccato. Dicūt tñ q̄ si anima paruuli post
baptismū separet. in illa separatōne illi in
fundi fidē. ceteras q̄ virtutes ab ipō deo
Et similiter cū adultus efficiat si tamē re
tineat innocentia baptismalē. ¶ De hac
opinioe est Hugotō qui fecit apparatus
super decreta ¶ Alij dicunt paruulis plene
fidem z ceteras virtutes in baptismo in
fundi sed nō vsus earum. Quā opinio
nem tenet magister in libro sententiarū z
aliij plures. ¶ Est z alia opinio inter has
duas media. que ponit q̄ paruuli nec ha
bent completū habitū virtutū. neq̄ actū
quia nondū sunt capaces virtutis com
plete vt est habitus vel actus. Sed acci
piunt virtutes ad potētiā. que potētiā
aliquid habz de natura habitus. et fit ha
bitus cōpletus si anima separet. vel cum
veniūt ad etatem adultam.

Utrum in aliquo ca

su sufficiat corde suare fide z ore diffiteri
trum autē in aliquo casu suf-
ficiat veram fidē corde tenere.
z pro vita saluāda / ore negare.
nullus discretus dubitat. Re-
gans enī fidē ore / quantūcūq; retineat
firmiter corde / precipue requisitus / peccat
mortaliter. Corde enī vtr ait apostol⁹ cre-
ditur ad iusticiā. ore autē confessio fit ad
salutē. Unde sine cōfessione fidei nō vide-
tur esse salus. quāto min⁹ cū negatōne. In
sup talis impugnat fidei veritatē agnitā
Et sic videt quodāmodo peccare in spi-
ritū sanctū. Unde hec est heresis pscallia-
nistaz qui dicit q; p vita saluāda licet si-
de ore negare si tamē vere teneat in corde

Utrum falsum pos

sit subesse fidei.

Je dubitat vtrum falsum pos-
sit subesse fidei. Hoc est vtrum
falsum possit credi. vel id quod
nō est. puta cum sacerdos eleuat hostiam
nō consecratā / vtrum sit vera fides qua a
toto populo creditur ibi esse vel illud eē cor-
pus christi. Et dicit ad hoc / q; fidei nun-
q; potest subesse falsum nec dubiū. immo
nec etiā potest quicq; credi. nisi sit infalli-
biliter verū. Unde in predicto casu crede-
re q; illud siue illa hostia / sit corpus chri-
sti / nō est fides sed opinio tm̄ que potest
esse de falso. Sed credere q; sub illa hostia
si in forma debita cōsecrata fuerit / sit cor-
pus christi est fides. z hoc semp infalli-
biliter est verū. Unde illa conditō semp ap-
ponēda vel ad min⁹ supponēda est. q̄ndo
hostia adoraf. vel sumitur. scz si rite cōse-
crata fuerit. Hostia rite consecrata infalli-
biliter est corpus christi.

An oēs teneantur

ad fidem explicite credendam.

Enīq; an oēs teneantur ad fi-
dem explicitā. scilicet ad creden-
dū articulos fidei explicite du-
bium est apd quosdā. Dicūt enī aliq; q;
nec ante aduentū nec post aduentū chri-
sti tenebātur homines scire omēs artigu-
los fidei explicite. nec etiā omēs explicite
credere nisi in q̄ntū doctri erant a maiori-
bus. Et illā doctrinā in intellectu capere

poterāt. Sed tamē adhuc illi qui p̄cesse-
runt / minus tenebātur propter ymbzā q̄
tunc erat. Isti autē plus / propter doctri-
nam z veritatē exp̄ssam. Unde nūc quili-
bet quantūcūq; simplex qui humanā ha-
bet discretionē / teneat ad minus explici-
te scire z credere primū articulū. Et reli-
quos nullatenus diffiteri. sed in generali
credere q̄cqd̄ sancta z vniuersalis credit
ecclesia. Et teneat preter hoc se patū exhi-
bere ad ampli⁹ discendū / cū doctorem ca-
tholicū habuerit. Et qm̄ obtusum sensuz
habent simpliciores nō credo q; teneant
ita explicite scire sicut explanat eis. quia
sufficit q; ipsi accipiāt explanatiōem fm̄
suam prātem intelligēdi. z nō fm̄ volun-
tatē aut facultatē explanatoris. Si autē
primū articulū vel plures etiā alios expli-
cite crederēt. vni tamē p̄tinaciter cōtradi-
cerent / heretici iudicaretur. Quia hoc fi-
eri nō posset / nisi egressi iudiciū ecclesie /
pueruli hereticoz iam p̄ doctrinam puer-
sam esse incipient. Secus tamē est de sapi-
entiorib; qui tenentur explicite omēs arti-
culos scire. Et maxime prelati aut quicū-
q; aliq; qui se fatēt doctores. cū ignorātia
iuris nō cadat in principē aut doctorem

De virtute spei et

p̄tinentibus ad ipsam

Equif aliqd̄ dicere de spe. Pri-
mo qd̄ sit spes. An spes possit
eē malaz rerū. Quoz sit spem
habere. An ipsa simul cū fide enacuabit.
Et quid succedit eis.

Quid sit spes et

quō diffinit.

Spes ab aug. Spes ē certa expe-
ctatō future b̄titudis pueniēs
ex grā z meritis p̄cedētib; Quā
sic expone. spes ē certa qd̄ d̄r ppter hesita-
tōem. Nā spes vsq; q; absq; fluctuatiōe
hesitatōis ē. Expectatō qd̄ d̄r ad d̄z cō-
phēsiōis q̄ erit in patria. vbi nihil expe-
ctabit s; oia p̄ntialit̄ hēbunt. Future b̄t-
tudis qd̄ dicit ad d̄z am̄tioris finis. q̄ est
expectatō future miserie. Expectatō dico
pueniēs ex grā id est benignitate dei p̄si-
derata. Qd̄ enī d̄r ex benignitate dei p̄si-
derata / d̄r ad d̄z am̄ desp̄tōis q̄ seuerita-
tem tantū dei cōsiderat. Et ex meritis p̄-
cedētib; quod dicit ad differentiā p̄-

sumptionis: que ex dei benignitate tantū considerata et nō cum hoc ex meritis beatitudinē adipisci credit. Et sic diffinitur hic motus spei. **A**lter sic cōmuniter a magistris diffinit. Spes est audacia mēris de largitate dei cōcepta/habendi vitā eternam p bona merita. **(malay rez)**

An spes possit esse

Autē spes possit esse malariū rerū. **D**icit magister in. iij. sententiarū q spes est tantū bonarum rez. et earum que ad eū spectant qui eam spem genere videt. quia proprie spem habem⁹ de bonis nostris. non de alienis. **U**n ad hoc q sit proprie spes tria cōcurrere debent. scilz q sit respectu boni. et propriū. et futuri. **U**nde si aliquādo legatur. Spes dici maloy sicut apud poetā. **H**unc ego si potui tm sperare laborem. **U**el etiā bonoy et cōmuniū. sicut speramus salutē bonoy qui sunt in via. vel etiā boni pntis. **I**ntellige in talibus spem non proprie accipi sed largo modo.

Quorū sit habere

Spem seu sperare. **E**o autē q querit quorum sit sperare scz an sit angeloy. An animarū beatay in celo. Et an xps spem habuerit. Et etiā an antiqui patres in limbo. vel anie nūc detente in purgatorio spem habuerit aut habeat. **D**icēdū est ad tria priora q pprie sumpro nomine spei. neqz angeli neqz aie beate neqz xps spem habuerit. **Q**uius ratio est quia pprie nō est nisi de substāiali beatitudine quā nunchnt angeli et aie beate. eo q sola corpis nō sit fm doctores de substāiali pmo ipsay. sed tm ipsa cōtemplatō diuinitatis et humanitatis xpi. **Q**uia vt habet **Joh. xvij.** **H**ec est vita eterna vt cognoscāt te solum rez deū. et quē misisti iesum xpm. **E**t qm xps beatitudinē substāialem in via habuit. qz pprehēsor fuit iō spem pprie nō habuit. **E**t si aliqñ legatur ipm spem habuisse. intelligēdū est de improprie dicta. s. de aliq spe de accidentali beatitudine. vt pote de glorificatiōe corporis sui. cui⁹ nō est spes nisi p posteri⁹. vel de ipso loqitur scriptura gratia mēbrozū. **D**e patrib⁹ aut in limbo. et de aiab⁹ in purgatorio exnibus dicit q spem habu

erunt et habēt aliquātulū/extenso nomie. **C**um enī spes sit boni futuri expectatio. potest esse expectatio cū omimoda hesitatione. **E**t tūc nō est spes. vel cū certitudine opinionis. et tūc proprie est spes. qle habent electi in via. **U**el potest esse cū certitudine scientie. q scz sciāt se bonū eternum adepturos. **E**t sic min⁹ proprie dicitur spes. **E**t sic isto modo sumendi spem dicit q patres in limbo et purgatorio anime spem habuerunt et habent.

An spes et fides

euacuabūtur et quid eis succedet. **E**ultimo quod ponebat in qstione. scilz an spes et fides euacuabūtur. **E**t qd ipsis succedet. **D**icitur q vtray euacuabitur. **C**um enī venerit quod pfectū est euacuabitur qd ex pte est. **E**t ideo qz fides et spes impfectōem habent/ euacuabūtur. nec erūt sanctis in celo s3 loco fidei succedet visio loco autē spei/ succedet amplex⁹ vbi videbit⁹ et gustabitur qd bonus est dominus.

De virtute caritatis

Item et pertinentibus ad ipsam. **A**m de charitate aliqd dicatur. **E**t primo qd sit caritas. **Q**ue sint diligenda charitate. **E**t qd ordo sit obseruandus in diligēdis. **A**n oēs teneant ad dilectōem inimicoy. **E**t itez de quodā alio ordine diligēdorū.

Quid est caritas

Caritas fm magist⁹ in. iij. sententiarū est dilectio qua diligitur deus propter se. et proxim⁹ propter deū vel in deo. **N**ec hic diffinitur idē per seipm scilz caritas per dilectōem. quia dilectio quodāmodo genus est ad charitatē. et ea quidē cōior. qz uis in frequēti vsu scripture/ vñū p alio aliquoties ponat. **A**lia datur ab augustinō in libro de morib⁹ ecclie. **C**haritas est affectō animi recta/ pūngēs nos deo. **E**t sciendū q qntū ad priorē diffinitōnem/ eadē est dilectio q deus et proxim⁹ diligit. quia quādo vñū propt aliō amatur/ vñico vtrūqz amore amat. **S**icut idē est amor quo amat vinum et dulcedo vini. **S**emina: a dicit⁹ hec dilectio propt duo dilecta. scz deū et proximū. propter quod

etiam dicunt duo mandata de dilectione. Primum de dilectione dei quod continet tria prima precepta seu mandata decalogi pertinentia ad deum vel quibus ordinamur ad deum. Secundum est de dilectione proximi. continent septem alia decalogi precepta seu mandata. quae nos ordinant ad proximum. sicut in superioribus declaratum est.

Que caritate diligenda sint et quo ordine.

Quod ut sciamus que caritate diligenda sunt. attendamus doctrinam augustini. libro primo de doctrina christiana. Quatuor enim sunt cum diligenda sunt. Unum quod supra nos est scilicet deus. Alterum quod nos sumus scilicet anima. Tertium quod iuxta nos est scilicet proximus. Quartum quod infra nos est scilicet corpus. De secundo autem et quarto nulla precepta specialia data sunt. Quatuor enim homo excidat a charitate semper tamen illi remanet affectio ad seipsum et ad carnem suam. Sed quis ordo servandus est in his diligendis. Utrum videlicet in aliquo casu extranei proponendi sint consanguineis. Item an filii parentibus. Item an vxor parentibus. In primo quidem casu distinguunt quidam. quia aut beneficium conferendum est spirituale aut temporale. Si est spirituale cum beneficium spirituale ad neminem iure consanguinitatis deolvat debet extraneus melior preferri consanguineo minus bono. Si autem sit temporale puta de bonis acquisitionis vel iure hereditario possessis. Dicitur quod consanguineo pariter indigenti etiam minus bono propter est subueniendum quam extraneo. Unde si vnus est consanguineus et alter non et vtrique dandum non sufficeret. tunc dandum est consanguineo. Si vero vtrique sufficiat. vterque accipiat. sed consanguineus prior. Respectu vero secundi scilicet an filii proponendi sunt parentibus. scilicet patri et matri. Dicitur plures. quod pater et filio in equali necessitate constitutis prius est subueniendum patri quam filio cuius ad hoc nos cogat tam lex nature quam dominici preceptum. Unde aliquos sentire contrarium. et aliquos distinguere de dilectione affectuali et effectuali. Dicendo quod dilectione affectuali. plus diligendi sunt parentes propter prestita beneficia. Effectuali vero plus diligendi sunt filii. quia vtrique plus indigent. Sed po-

ne equaliter vtroque indigentia. tunc potius plus subueniendum esse parentibus scilicet patri et matri quam filiis. De vxore autem quod erat tertium dicitur quod preferenda est parentibus quantum ad cohabitacionem. non quantum ad dilectionem. Unde illud. Relinquit homo patrem et matrem suam. et adhaerebit vxori suae. Intelligentum est quod magis adhaerendum est eis quam parentibus cohabitacione. non tamen magis dilectione. eo quod multa plura beneficia a parentibus exhibita sunt quam ab vxore.

An omnes teneantur ad dilectionem inimicorum.

Dilectione autem inimicorum an teneamur omnes ad eorum dilectionem. et an teneamur eis omnes ostendere signa familiaritatis. Et dicitur quod sic scilicet quod omnes tenentur inimicos diligere. eo quod super hoc extat preceptum diuinum. Matthei. v. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderunt vos. Sed hoc quo ad affectum dilectionis quo simpliciter tenentur omnes inimicos diligere. quo vero ad signa dilectionis et ad effectum non tenentur omnes. Vt dicitur. Inimicum diligere. nisi viderint eum necessitate patientem. vel veniam non fictam seu irrisorie sed veraciter postulante. vnde si salutat non irrisorie salutandus est. Perfecti vero saltem religio si ad amplius tenentur. Propter scandalum enim euitandum coram his precipue qui sciunt quod offensi sunt tenentur offerre signum dilectionis. Nec tamen intelligas de tali inimico qui fide christiana et fidem catholicam impugnat. quia sic impugnati nisi in vltima necessitate non est subueniendum.

De quodam alio ordine diligendorum.

A summa nota secundum Augustinum. et Ambrosium. et alios expositores quod primo diligendum est deus. deinde anima propria. deinde anima proximi. deinde corpus proprium. et postea corpus proximi. Inter priores autem prior parentes. scilicet pater et mater. scilicet deus alij cognati. Vt autem vxor sit preferenda filiis certum non habeo. pro filios et vxorem domesticos. scilicet noti deum extranei non inimici. deum inimici. Quia autem iubemur diligere priores sic nosmetipsos sic intelligendum est quod. si equaliter optandum est eis bonum. tunc sicut nobis. Non ei tenemur equalia

equaliter eis vt nobis ministrare. sed no-
bis primo postea autem ipsis.

**De quatuor virtu-
tibus cardinalibus in generali.**

Sequitur breuiter aliquid dicere
de virtutibus cardinalibus scilicet de
iusticia que secundum Augustinum est in sub-
ueniendo miseris. de prudentia
que est in cauendis insidijs. de fortitudine
que est in pferendis molestijs. et de tem-
perantia que est in prauis delectationibus
coercendis. De quibus primo dicendum est quod
re dicantur cardinales et ciuiles et politice.
Deinde de singulis que sit quilibet virtus
in se. Et que sunt proprij earum actus tam in via
quam in patria. Postremo de ordine earum
ad septem vicia capitalia.

**Quare dicte virtu-
tes dicuntur cardinales ciuiles et politice.**

Quoniam autem secundum quosdam virtu-
tes cardinales quasi cordiales
ad differentiam virtutum corpora-
lium. Credo enim secundum ysidorum
a corde derivari. quia a cordian grece quod est
cor latine. Vel vt alij volunt dicitur cardi-
nales quia in eis sicut in cardinibus omnia alia
virtus maxime ciuilibus voluit. Secundum
autem philosophos qui de ipsis tractauerunt dicitur
tur cardinales quia in his sicut in cardine
est reuolutio totius vite humane secundum status
honestum et ciuilem. Ciuiles autem dicuntur
quia constituunt bonum statum vniuersi cum al-
tero in ordine ciuili. his enim virtutibus secundum
Plotinum philosophum et macrobium. boni viri rei
publice consulunt. vrbes tuentur pariter ve-
nerant. primos amant. Politice autem di-
cuntur eadem de causa quia id est polis gre-
ce quod est ciuitas latine. et ideo politice
dicitur quasi ciuiles.

**De virtute iusti-
cie in speciali.**

St autem iusticia secundum Augustinum.
virtus tribuens unicuique quod su-
um est. Que definitio conuenit
iusticie tam secundum statum vite quam secundum
statum patrie. Alia autem definitio que po-
nitur quod iusticia est subuenire miseris conue-
nit iusticie tantum secundum statum vite. Ponuntur
autem secundum magistrum in tertio libro sententiarum
duo eius actus scilicet actus eius in patria qui

est deo regenti subesse. et actus eius in via qui
est miseris subuenire. Hi sunt actus gene-
rales ad quos tenentur omnes. Sunt autem
et alij actus eius speciales ad quos non ita
indifferenter omnes tenentur. qui sic quantum
ad propositum presens sufficere poterunt distin-
guuntur. Jam tactum est quod actus generalis
iusticie est unicuique tribuere quod suum est
hoc est superioribus paribus et inferioribus. Su-
prioribus quidem preeminentiatur hoc dupli-
citer. Quia vel generaliter et sic dicitur actus
eius in seriora potioribus subdere. quam po-
nit Augustinus de libero arbitrio. libro. ij. Vel
specialiter. et sic dicitur actus eius soli deo des-
uere. De quo Augustinus. vi. libro. sue musicie.
Si autem sit in tribuendo quod suum est paribus
sic est triplex actus eius. Vnus paria sibi met
copulare. de quo augustinus. de libero arbitrio
li. i. Alius nullis coequari nisi purificationis
animis. Tertius nullis dominari appetere nisi
si nature corporali vel bestiali. de quibus duo-
bus Augustinus. in. vi. sue musicie. Si autem in
tribuendo quod suum est inferioribus hoc est
dupliciter. Vel quoad penam subleuandam
et sic eius actus est miseris subuenire. secundum ma-
gistrum in. iij. li. sententiarum. Vel quoad culpam
corrigendam et sic eius actus est in idem mo-
ribus corrigere et punire. De quo Augustinus.
sup. Gen. libro. iij. ad litteram.

**De virtute prudē-
tie in speciali.**

Prudencia secundum magistrum in. iij.
sententiarum est in precauendis in-
sidijs. vnde sic aptius diffinitur.
Prudentia est virtus rebus bona-
rum vel malarum neutrarum que discretio. est su-
ga mali et electio boni. Et dicitur neutrarum
quia hoc est indifferentiū. que scilicet neque bone
neque male sunt. quale est frangere festucam.
vel hmoi. Et trahit diffinitio prius ex ver-
bis Augustini. vbi dicit quod prudē-
tia est bonarum rebus et neutrarum scientia. Po-
nuntur autem plures prudentie actus. Actus
eius in patria duplex est. Vnus. nullum bo-
num deo proponere vel equare. qui ponitur per
magistrum in. iij. li. sententiarum. Alius ipsam con-
piscere veritatem. de quo Augustinus. in. vi. sue
musicie. Actus prudentie vite ponuntur quatuor
scilicet precauere insidias. qui ponuntur per ma-
gistrum in. iij. li. sententiarum. Item mala deuicare. de
quo Augustinus. sup. gen. li. xij. ad litteram. Item
in corruptionem corruptioni proponere. de quo

Aug. de libero arbitrio. li. i. Itē discerne re bonū a malo. de quo Augu. de ci. dei li. xii. Item eterna preponere temporalibus. de quo August. in vi. sue musice.

De virtute forti

Fortitudo autē est in iudiciis preferendis molestiis. Unde secundum quosdam sic aptius diffinitur. Fortitudo est immobilis animi in ter adversa laborum et periculorum equa susceptione. Cuius quadruplex assignatur actus. Unus firmare animū contra temporales molestias. de quo August. Alius non aduersitatem nec mortē temporalem formidare. de quo August. in vi. sue musice. Alius a sapiēter electo nullis terroribus nullisque penis depelli. de quo August. de libero arbitrio. li. i. Alius pro dilecto habēdo aduersa tolerare de quo August. super Beati. li. xij. Actus patrie duplex est. Unus firmissime deo adherere. qui ponit pro magistro in. iij. sententia. Alius nihil moleste pati quod ponit per August. in. vi. sue musice.

De virtute tempe

Temperantia est in specialiter. Temperantia est in prauis delectationibus coercendis. Diffinitur autem sic ab August. in li. i. de libero arbitrio. Temperantia est affectio/coercens appetitū ab his rebus quae turpiter delectant. Cuius actus assignantur in via. Subtrahere se ab amore inferioris pulchritudinis. de quo August. in vi. sue musice. Item coercere cogitationes prauas de quo in. iij. sententia. Item libidine refrenare. de quo August. super Beati. xij. Item refrenare cupiditates ab his que temporaliter delectant. de quo August. de libero arbitrio. Actus autem patrie est nullo respectu notio delectari. de quo in. iij. sententia. Item immaculatū manere. de quo Augustinus in. vi. sue musice.

De effectu dictarum

Irum virtutum et an sint in patria. Sunt quatuor virtutes/hoiem ad virtutes theologicas hūdas/habilitat. His nihil vilius est in vita dūmodo iforment caritate. Tūc enī eā merito sic sūnt vite eterne/sicut theologice. An autē he virtutes future sint in patria. Dicit magister in li. sententia. quod sic secundum aliquos earū actus

ut patet per singulas iuxta supra tacta.

De ordine dictarum

virtutum ad septem vicia capitalia.

Ultimo dicendum qualiter per has septem virtutes septem vicia capitalia expellantur. Fides enim que mentem illuminat expellit superbiam que cor excecatur. Spes que gaudio futurorum cor letificat/expellit iram que presentium miseria mentem conturbat. Charitas que gaudet de primi prosperitate/delet inuidiam que est odium felicitatis aliene. Fortitudo per quam in actibus viriles consurgimus expellit acidiam per quam desideria tabescunt. Iusticia que sua vni cuique tribuit/eliminat auariciam que aliena retinet et rapit. Temperantia que excessum reprimat/expellit gulam que modum excedit. Prudentia que secundum August. incorruptioem corruptioni preponit/evacuat luxuriam qua corrumpitur corpus et anima.

Explicit quartus tractatus huius libelli qui est de explanatione virtutum.

Incipit tractatus

quintus de septem petitionibus contentis in oratione dominica et earum expositione.

Tractatus de

septem petitionibus que in oratione dominica continentur/aliquod secundum ordinem huius libelli ponuntur. scilicet immediate post tractatum de articulis fidei. et ante tractatum de

decem preceptis legis. Dic vero quanto loco poni placuit. scilicet inter tractatum de septem virtutibus. et tractatum de septem donis spiritus sancti. ea scilicet consideratione quod in ipsis septem petitionibus sic in ipsa oratione dominica continentur effectualiter/ipse septem virtutes/ipsaque septem dona spiritus sancti/petiti videantur. Circa que tractatum primo videndum venit de efficacia modi petendi que describitur in prohemio dicte orationis dominice. De distinctione et expositione ipsarum petitionum prouideri. De numero et sufficiencia earum. De ordine earum ad septem vicia capitalia.

De efficacia modi

petendi presentis in prohemio dicte orationis

Compendiū theologie

Pater noster. Cum hec orō a sapiētissimo vtpote ab eo qui est ipsa sapiētia infinita. rveracissimo vtpote ab eo qui est fons r origo totius veritatis cōdita sit. Patz qd nihil ei deesse poterit. siue quo ad perēdi modū. siue quo ad sufficientiā bonorum perēdoz. Hodus autē perēdi efficacissimi⁹ describit in tribz primis vbis peritōnes pcedentibz. qbus ad misericordiā fleētis anim⁹ patris misericordiarū. ideoqz ea his septē peritōibz premisit quasi qdā pbeniū. in quo oñdit orantē in cōsequēter perēdis fore exaudiendū. **C**ū enī ad sufficientē agentē tria cōcurrere debent. scilicet qd sit sciens volēs r potēs. in hoc qd dicit pat. oñdit eū scire r aduertere nostrā. i. filioz suoz indigentiā. iuxta illō **Matth. vi.** Scit enī pater vester qd his oībz indiget. In hoc autē qd dicit noster. ostendit eū subuenire volentē. suis enim omnes boni diligēt subueniūt. alioquin boni nō essent. **1. ad corin. v.** Si qis autē suoz r maxime domesticoz curā nō habet. fidē negavit. r est infideli deterior. In hoc etiā qd dicit. qd es in celis. ostēdit ipm potētem. Quia vt habet **Ysaia. iij.** De celo fortitudo est. **C**um igitur his verbis oñderim⁹ ipm scientē nostrā indigentiā r subuenire potētem. necessario fleētē mus ipm ad misericordiā. **P**ater ergo pater noster. Et hic stat hoc nomē. pat. essentia liter siue p essentia r nō psonalit siue psona. Dicit enī isto modo de⁹ pater oīm. Quod r adhuc pōt tripliciter dici. scilicet cōiter. proprie. r magis pprie. Cōiter. per creatōem r sic nō tm psona patris sed tota trinitas dicit pat oīm. r nō tantū electoz sed etiā pueroz. **Uñ de utroq. xxxij.** Popule stulte r insipies. nūquid nō ipse est pater tu⁹ qui possedit te. fecit te r creauit te. **P**roprie autē dicit pater p adoptōnem. r sic tm dicit pater bonoz. **Uñ ad Rhoma. viij.** Accepistis spūm adoptōis filioz in quo clamatis abba pater. proprijs siue autē dicit pater p generatōem r sic psona patris tantū dicit pat yngeniti filij sui. Duobz primis modis dicit pater noster tota trinitas. sed tertio modo nō dicitur pat noster de⁹. sed tantū filij sui. Et qd patet qd hec orō nō dirigit ad patris psonā tantū. sed ad totā trinitatē. **S**equitur qui es in celis. Non excludit tamē p hoc

quin sit vbiqz. Et qd quis vbiqz sit essentia liter potēntialiter r pntialiter. magis tm in celis dicit esse. qz vbi magis videt reducere virtus sua r opatio. ibi dicit potē esse qd alibi. Sicut anima licet vbiqz sit in corpore. tamen magis dicit esse in corde fm aliquos. vel in capite fm alios. qz ibi nobiliores apparent opatōes sue. Et hoc est quod dicit **August. de spū r anima.** Sicut deus vbiqz totus est in toto mūdo et in omni creatura sua. sic tota anima in toto corpe suo tanqz in quodā mūdo suo ē r in omni eius pre. Intensus tamē in corde r cerebro. quē admodū de⁹ est r dicitur precipue esse in celo. In his autē septē peritōibz. omne bonū generi hūano necesse fariū perit. Et enim dicit glosa **August.** Nihil homini deest qd his septē peritōibus nō cōtineat siue ad presentē siue ad futurā pincat vitam. Perit enī in eis accessus omnis boni. tam creati qz increati. Item recessus omnis mali. tam scz pntis. ptereriti qz futuri. vt patebit inferius.

De effectu prime

Prima ergo peritio (peritōis) est vt cōfirmetur in nobis noticia siue cognitō veri dei. qd habet p fidē orthodoxā. Et hēc est quod dicit. **N**omen tuū. i. noticia tua vel notamē tuū. sanctificet. i. cōfirmet in nobis. Sanctū enī idem qd firmū r scificatō re idem qd confirmare est. **S**cōm papiā enī dicit sanctū a sancio sancis quod idē est qd confirmare. Quasi diceret firmet in nobis p fidē verā. noticia tua. vt sicut tu semp in te firmus es. qz etern⁹ r incōmutabilis. ita da qd te firmiter cognoscām. **C**el nomē tuū scz paternitatis. quo pater noster dicitur. sanctificet. i. firmet in nobis scilicet vt filij tui p gratiā semp maneam⁹. **Uñde glosa.** **O**ram⁹ ne a sanctificatōe nominis in aliquo discrepent. ne patris nomen in filijs. moribus r vita offendatur. **C**el nomē tuū quod in se venerabile r sanctū est. sanctificet id est sanctū in nobis ostēdat. sic qd sicut sanctū est in se ita nos sanctificet. **Uñde glosa.** **N**omen patris petimus sanctificari in nobis. nō vt ipm sanctus sit. sed vt in nobis augmentum sue sanctificatōis operetur.

De effectu secūde

petitionis.

Secūda petitiō est qua petitur regnū seu gaudiū futurum. siue etiā speciale dei regimē quo ad p̄sentem statū cum ait. **A**dueniat regnū tuū. scilz in nobis. id est ad nos veniat. **U**nde **A**ugust. **P**er hoc desiderii nostri excitam' vt regnū suū nobis veniat z in eo regnare mereamur. **E**t signāter dicit adueniat. i. ad nos veniat. quia virtute meritoꝝ nostrorū ex cōdigno ad ip̄m puenire non possum'. sed oportet vt gratuito ad nos accedat. **U**nde ad roma. vi. **G**ratia dei vita eterna. **S**ile. **M**arth. iij. **P**enitentiā agite appropinquet enī regnū celoꝝ. **U**el sic. regnū tuū. i. ecclia tua adhuc in terris militans. **D**e quo regno. **L**uce. xviij. **E**cce regnū dei intra vos est. **A**dueniat. i. ad aliud regnū tuū veniat. s. ad eccliam triūphantē. **U**el adueniat. id ē ad te veniat. scilz vt te videat p̄ sp̄m sicut nūc videt p̄ fidem. **U**el regnū tuū. id est sp̄iale vel speciale regnū tuum / adueniat nobis. vt scz in nobis p̄ speciale effectum regnare cognoscaris z percipiaris. **U**nde glosa. **R**egnū dei semp̄ presto est. sed petimus vt veniat. i. vt manifestet hominib' a quibus velut lux a cecis nō videtur.

De effectu tertie

Tertia petitiō est petitionis qua petim' vt cōformis fiat voluntas nostra / voluntati diuine. **E**t est hec. fiat voluntas tua sic in celo z in terra. **S**icut supple fit in celo ab electis. **H**oc est. da vt cōformes tibi siamus in terris. sicut cōformes tibi facti sunt sancti in celis. **U**el fm̄ alios. **V**oluntas. i. volitū tuū scz illud qd̄ vis fieri circa nos / qd̄ specialit' est iustificatio nostra. **U**nde ad **T**hessa. iij. **H**ec est enī voluntas dei satisfactio nostra. **F**iat id ē adimpleat. **N**on voluntas qd̄ in se q̄ fieri vis. qz illa eterna est. nec in se alit' fieri potest. sed fiat p̄ executōem z effect' adhibitiōnem. fieriqz cognoscat. **U**el sic. fiat voluntas tua in terra. i. in homine q̄ terra ē. **U**n̄ **D**eu. ij. **F**ormauit igit' dñs deus hoies de limo terre. **E**t **ecclia**. xviij. **D**eus creauit hominē de terra. **E**t itez. **O**m̄is homo terra z cinis. **Q**uod proprie p̄t intelligi in homie peccatore. **U**ertendo. sicut supple fit in celo id est in homie sancto iā cō-

uerso z iustificato. quasi dicat. **C**onuertat' mali z faciāt que tibi placita sunt. scilz iusta z bona opa. sicut faciūt boni iā cōuersi. **Q**ue tamē intelligēda sunt de volit' q̄ procedūt a voluntate bñplaciti que semp̄ bona sunt. z nō de his que pcedūt de voluntate pmissionis que mala plerqz sūt. **A**ccērit malū in ciuitate quod dñs nō fecerit. **A**mos. iij. **E**xpōit etiā sic. fiat voluntas tua in terra. i. i ecclia. sicut supple fit in celo. i. in xpo qui celū dicit' quia i coeuitas celata est. **U**nde **I**sa. xlv. **C**ere tu es deus absconditus.

De effectu quarte

Quarta petitiō est petitionis qua petit tempale subsidū ad sustentatiōem vite. **E**t est hec. **P**anem nostz quotidianū da nobis hodie. **Q**uare hec petitiō ptinet ad corpalem necessitatē specialit' testatur **C**hrysof. sup **M**arth. ita inq̄ens. **Q**uia hominib' loq̄batur carne induriz z necessitati nature subiectis / docuit subsidium peti nature infirmitati. **D**icit igit' panē nostz quotidianū. i. corpalem vel vsuale id est nobis quotidie necessariū. **U**n̄ **M**arthei. vi. loco quotidianū habet super substantialem. **A**nte enī peccatū / fuit panis. i. cibus homi substantialis. sed post peccatū. factus est sibi sup substantialis. i. necessarius ad hoc vt sustentet in vigore. **U**n̄ nec p̄ diem naturalē / sine languore viriū potest homo eo carere. **E**t ideo subdit' da nobis hodie. **E**t ponit' hic panis p̄ om̄i genere sustentamēti corpis. vnde panis dicit' a pan qd̄ est totū fm̄ **I**sidor'. **E**xponit' etiā de pane spiritali. scilz de corpore christi seu de eucharistia. sic scilz panem nostz. christū scilz. vel eucharistiā q̄ verissim' panis est / z efficacissim' animibus. **J**oh. vi. **E**go sum panis viu' q̄ de celo descendit. quotidianū. i. quotidie necessariū. **D**a nobis hodie. **S**z nūquid fm̄ hoc debet qliber de ecclia quotidie cōmunicare. **D**ic q̄ tripliciter cōtingit cōicare scilz corporaliter seu sacramentaliter tantum. z isto modo cōicant mali quādo in peccato mortali sumūt corp' christi. **I**tē spiritualiter tantū scilz credendo sacramentum. **C**redere enī / est spiritualit' manducare fm̄ illud **A**ugust. **C**rede z manduca sti. **E**t isto modo comunicant quotidie

f 2

omnes boni Item corporaliter seu sacraliter et spūaliter. et isto modo communicant quotidie boni sacerdotes q̄ celebrāt. et alij boni de ecclesia dñi cōmunicāt. Qd̄ quilibet christian⁹ debite etatis tenet̄ facere/ ad minus semel in anno sc̄z in pascha. Sed cū cōplera refectiōe corporali vel spūali/ habeam⁹ quod in ista petitiōe petim⁹. vt quid post prandiu ista orōnē iteramus? Ad quod dicit q̄ sensus hui⁹ petitiōis duplex est. sc̄z vt panis detur et vt in comedētis nutrimentū. non autē in detrimentū cōuertat̄. Et ratōne primi habet locū hec oratio añ susceptiōem cibi. Rōne vero secundi habet locū post susceptiōem.

De effectu quinte

petitiōis oratiōis predicte.

Quatuor igit̄ precedētib⁹ petitiōib⁹ petim⁹ accessus omnis boni In tribus vero sequētib⁹/ ponim⁹ amōtiōem omnis mali. In hac igit̄ quinta petitiōe petim⁹ absolui a malo preterito. Et est hec Dimitte nobis debita nostra. i. peccata que nos/ pene debitores constituūt. Sicut et nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Quasi dicat. Sicut te velis habere ad nos in debita nostra dimittēdo. sicut nos habem⁹ nos erga debitores nostros q̄b⁹ debita dimittimus. Et intelligas q̄ hec oratio pferatur in persona totius ecclie que in bonis stat. qui peccātib⁹ in se debita dimittūt. Alioquin si in psona sua intentiōem imputando diceret peccator in se peccātib⁹ non dimittēs. mentiret̄. sibi met̄ impcans malū fm̄ quod dicit Aug⁹. Si nō dimittis mētris. et ei mentiris quem nō fallis. Sed fm̄ alijs istud in petitiōe videtur posse saluari orādo iuxta priorē modū. p hoc q̄ ly nos. et ly nobis/ supponāt p diuersis. Et hic sit sensus Dimitte nobis infirmis debita nostra. sicut et nos boni et pfecti dimittim⁹ debitoribus nostris. Sed ista expositiōnē vt nimis extortā credo derelinquendā. Expone sic igitur. Dimitte nobis debita nostra id est peccata que nos cōstituūt debitores. Vel debita nostra. i. penas nobis pro pdictis peccatis nostris debitas. cōmutando saltem eternas quas peccādo meruim⁹/ in temporales. sicut et nos dimittim⁹ id est iuste dimittere debem⁹/ debitoribus nostris. vt saltem eos nolimus vel hic vel in futuro ob-

ligari. cum aliqd̄ scilicet fecerint quare obligare desierint. vtpote cū satisfecerint si possint. vel saltem cū petierint veniam/ si nō possint. Unde hic nota q̄ dupliciter cōtingit alicui dimittere. Vno modo dimittēdo rancorē. sic. s. q̄ nec malū inimici velis pcurari. nec eius bonū minui. bñ tamen velis illud qd̄ in deliquit aliqua ten⁹ satisfieri. Et ad hoc tenent omnes indifferēter. quia hoc om̄ino pceptū est saltem sub intellectu. Alio modo dimittere cōtingit. nō solum dimittēdo rancorē sed om̄ino sine satisfactiōe iniuriarū/ sine q̄ restitutiōne rerum. nec nō sine interuētū p̄cum om̄ia dimittere ac ex puro corde diligere. et ad hoc tenētur tantū pfecti. quia isto modo solum cōsiliū est.

De effectu septe

Septa petitiō est respectu amōtiōis mali futuri. in quod/ varijs t̄pibus/ ex carnis mundi et demonis tentatōib⁹/ incidere formidam⁹. Et est hec. Et ne nos inducas in tentatōem. Quod intellige pmissiue. id est nō induci sinas in tentatōnem. hoc est ne pmittas nos succubere tētationi. Aliud est enī in tentatōem duci. et aliud induci In tentatōem enī ducitur qui a tentatiōe pulsaf. sed nō deiciat. In tentatōem vero inducitur/ qui a tentatione pulsaf eo q̄ a gratia nō supportat sed sibi relinq̄tur. a tentatōe frangitur et absorbetur. Quia ergo nō est malū a tentatōne probatōnis vel etiā suggestiōis duci. q̄nimo est occasio exercende virtutis. qz beatus vir qui suffert tentatōem Jaco. primo Non petimus hic vt nō ducamur in tentatōem. sed ne inducamur id est ne interius inducamur et succubamus. Unde glosa. Nō precamur nō tentari. sed nec etiā modicū a tentatōnibus vinci. Tentatio enī necessaria est ad corōnā. Et cū duplex sit tentatio scilicet probatōnis et suggestiōnis. nō dicitur deus proprie inducere in tentatōez suggestiōnis. quia vt dicitur Jaco. pmo. Ipse enī deus neminē tentat. Sed ideo (vt dicit Augustinus) dicitur aliquē inducere in tentatōez. nō qz ipse inducit. sed qz aliquādo induci pmittit. vel saltem quod inducat non impedit.

De effectu septi

me petitionis.

Septima et ultima petitio est respectu amoris mali presentis siue instantis. Unde glosa ordinaria sup isto passu dicitur vi. Sed libera nos a malo. In illam que nondum est supple tentatoe ne nos sinas induci. quod intellige petitione precedenti petitum est. et ab ea in qua induci sumus libera nos. Et hoc est quod dicit libera nos a malo. tam scilicet visibili quam invisibili. et tamen peccati culpe. Unde simpliciter dicit a malo nihil determinando. dans hoc de omni malo intelligi posse et debere. Unde sic intelligendo petit amotionem omnis mali instantis. Est autem quadruplex malum. Unum originale. aliud actuale. quod est duplex. Nam aliud est mortale. aliud veniale. Quartum malum est pena peccati consequens. Primum autem malum est in actu. duo sequentia sunt malum additum. Quartum est malum inflicti. Et ab omnibus his petimus liberari. Dum in persona ecclesie orantes et loquendo dicimus. Sed libera nos a malo. etc.

De numero et sufficientia predictarum petitionum.

Umerus vero et sufficientia predictarum petitionum sic accipitur. Omne quod rationabiliter peti potest aut est collatio boni. aut amotio mali. Si est collatio boni. aut boni in creati scilicet dei. aut boni in creati. Si est collatio boni in creati. hoc potest esse dupliciter. Vel scilicet per veram fidei confirmationem eius notitia in nostro aspectu. et hoc petitur ibi. Sanctificet nomen tuum. Vel ut sua voluntas confirmet in nostro affectu et hoc petitur ibi. fiat voluntas tua etc. Si vero petatur collatio boni in creati. hoc iterum potest esse dupliciter. Vel scilicet ut conferat bonum eternum aut ut est regnum celorum. Et hoc petitur ibi. Adveniat regnum tuum. Vel ut conferat bonum temporale ad sustentationem. Et hoc petitur ibi. Panem nostrum quotidianum. Si autem fiat petitio per amotionem mali hoc potest esse tripliciter. Vel scilicet ut amoveat malum preteritum siue in preterito commissum. Et hoc petitur ibi. Et dimitte nobis debita nostra. Vel petit ut amoveat malum futurum. Et hoc petitur ibi. Et ne nos inducas in tentationem. Vel petit ut amoveat malum presentis et hoc petitur ibi. Sed libera

nos a malo.

De ordine ipsarum petitionum ad septem vicia capitalia.

Ante videndum venit qualiter in his septem petitionibus cohiberi petuntur septem capitalia vicia. In prima igitur petitione cohibetur superbia. Superbi enim non sanctificant nomen dei. sed nomen suum proprium. sicut quod dicit psalmus. Vocaverunt nomina sua in terris suis. In secunda petitione elidit invidia que est dolor alieni boni. Unde non desiderat ut proximo adveniat bonum sed potius malum. et contrario in ista petitione petitur commune omnium bonum. In tertia petitione reseratur ira. que voluntate dei non sequitur sed proprio impetu. et contrario in ista petitione petit voluntate dei fieri. Vel aliter sicut aliquos dicit potest quod in secunda petitione eliditur ira que bonum homini non patitur evenire. Ibi enim advenire petitur. Et tunc in tertia reseratur invidia. que specialiter sanctam dei persequitur voluntatem. ut dicit Hieronymus. Cuius contrarium in dicta petitione oratur. Et sicut istum sicut modum ponendi ordinatur petitiones ad vicia in secunda tabula per aliquos circa hec confecta. In quarta autem petitione expellitur avidia. Ibi enim petitur robur tam spirituale quam corporale quod conferat in pane corporali et spiritu ali. quod quidem evacuatur avidia que est ignavia et tedium vite. In quinta petitione eliditur avaricia que est imoderatus amor congregandi et retinendi temporalia. Unde debita semper exigit nec dimittit. Cuius contrarium ibi petitur et offertur. In sexta petitione extirpatur gula. ex qua ortum habuit primaria hominis tentatio. cum ibi petatur amotio tentationis future. In ultima petitione reseratur luxuria que specialiter semper habet secum malum tam corporis quam ipsa debilitat. quod qui fornicat in corpore suo peccat. quod etiam spiritus cuius vires enervat. Cuius ibi petitur amotio omnis mali presentis.

de agendis. **E**t hic etiam actus per concupiscentiam luxurie impeditur. **U**t de senibus luxuriosis dicit **D**anielis. xiiij. **A**verterunt sensum suum ut non recordarentur iudiciorum iustorum. **E**t quantum ad hoc ponitur filia luxurie inconsideratio. que prout hic sumitur importat defectum recti iudicij. quoniam scilicet homo ex luxurie vehementia. in recte iudicando deficit. quod scilicet continet vel negligit attendere ea ex quibus rectum iudicium procedit. **Q**uartus autem rationis actus est preceptum quod ipsa ratio facit de aliquo agendo. **E**t iste etiam actus per concupiscentiam luxurie impeditur. in quantum scilicet homo ex impetu ipsius concupiscentie impeditur ne exequatur illud quod ratio decernit esse faciendum. **E**t secundum hoc ponitur filia luxurie inconstancia. que prout hic sumitur importat recessum a bono proposito et cepto propter aliquid quod inordinate placet quod maxime causatur vehementia luxurie. per quam homo trahitur ad repudiandum quod recte prius acceptauerat. quod ex sui defectu venit. quod cum posset illi impulsui luxurie resistere non resistit. eo scilicet quod non tenet firmiter et constantem se in bono concepto. **I**ta que cecitas mentis est defectus circa actum simplicis intelligentie. **P**recipitatio est defectus circa actum consilij. **I**nconsideratio est defectus circa actum iudicij. **I**nconstancia est defectus circa actum precepti. **Q**ui sunt quatuor principales actus rationis circa agibilia que maxime per delectationem que in actibus venereis est. que totam animam absorbet impediunt ut tactum est. **E**t ex parte autem voluntatis duplex est actus que per concupiscentiam luxurie deordinari contingit. **U**nus est appetitus finis. **E**t quantum ad huiusmodi actus deordinationem ponitur filia luxurie. amor sui. **I**n quantum scilicet homo pro venerea delectatione quam inordinate appetit et concupiscit seipsum inordinate diligit. et ea que ad delectationem seu concupiscentiam referunt sibi procurat et querit. **E**t per oppositum respectu ipsiusmet actus voluntatis ponitur alia filia luxurie. odium dei. **Q**uod importat quamdam dei ac suorum mandatorum in animo displicentiam et contemptum. in quantum scilicet ipsa delectationem veneream sic concupitam non prohibet. **A**lius actus voluntatis est appetitus eorum que sunt ad finem. **E**t quantum ad huiusmodi actus deordinationem ponitur filia luxurie. affectus presentis seculi. **I**n quantum scilicet homo per amplius et diutius venerea delectatione ad sui libitum fruendo per se scilicet

et ea que in eo sunt / inordinate diligit et in eis placet. Et p oppositū respectu istiusmet act⁹ ponit alia filia luxurie. de speratio futuri seculi. Onia dū homo vt preferit / nimis delectatōib⁹ carnalib⁹ detinet / nō curat ad delectatiōes spūales que ppria ad gaudia futuri seculi p̄tinent et dī sponūt puenire. imo eas fastidit et quodā modo desp̄at. Est tñ aduertendū q̄ **I**sidorus quatuor ponit ex ipsa luxuria oriētia. que sub p̄dictis filiab⁹ comprehendī nō vident. scz turpiloq̄a. verba scurrilia: verba ludica stultiloq̄a. Sz q̄ bene cōsiderat p̄dicta q̄tuor sub p̄cedentibus cōtinent. Hā ipsa quatuor q̄ sic ponit **I**sidorus / nō sunt nisi quidā inordinati actus exteriores. et adhuc p̄cipue ad locutiōem p̄tinentes. que ex ipa vi cōcupiscētie luxurie oriunt. In qua locutiōe pōt ex vi ipsi⁹ luxurie aliqd inordinatū esse quadruplī ceter. vel p̄pter materiā. vel ex pte cause. vel quantū ad finē. vel q̄ntū ad sententiā. Si quantū ad materiā tūc sunt turpiloquia. Cum enī ex abundantia cordis os loq̄tur luxuriosus cui⁹ cor turpib⁹ cōcupiscētijs est plenū / de facili in turpia verba p̄cipit quod p̄prie p̄tinet ad incōsideratiōem. Et pte vero cause. Cū (vt dicitū est) cōcupiscētia luxurie maxime incōsideratiōem et p̄cipitatiōem causet. cōsequēs est q̄ p̄cipere faciat in verba leuiter et incōsiderate dicit que scurrilia dicunt. Quantū vero ad finem. Cū luxuriosus ex vi sue cōcupiscētie delectatiōem querat. cōsequēs est vt verba sua ad immoderatā delectatiōem ordinet et sic in verba ludica p̄cipat. que p̄prie ioculatoria dicunt ad luxuriā maxime p̄tinentia. Quod p̄prie ad amorē sui p̄tinere vident. Quātū vero ad sententiā seu grauitatē verboꝝ. cū cōcupiscētia luxurie incōsideratiōem mētis quandā causet. cōsequens est q̄ rectū iudiciū / debitāq̄ grauitatē / in verbis impediāt ex q̄ fit vt luxuriosus in stultiloq̄a p̄cipat. vtpote v̄bis suis delectatiōes quas appetit q̄buscūq̄ alijs rebus p̄ferēs seu p̄ponēs. Est etiam aduertendū q̄ amor sui nō capit hic sub quadā sui generalitate. q̄ntū scz se extendit ad quecūq̄ bona que aliq̄s sibi ipsi appetit. qz isto respectu amor sui nō est filia luxurie. imo cōmune oim pctōꝝ p̄cipiū. Sed capit hic quadā speciali acceptiōe seu cōsideratiōe Inquātū scilz aliq̄s

pp̄ter suā complacentiā et delectatiōem / inordinate appetit et cōcupiscit delectabilia carnis venerea. et tūc est p̄prie filia luxurie. Similiter incōstantia inq̄ntū opponit cōstantie. put ipa cōstantia est p̄s fortitudinis et circa ardua et terribilia versat / nō est filia luxurie. Sed hic ponit filia luxurie inquantū opponit cōstantie que habet in abstinēdo a delectatiōib⁹ venereis. que p̄prie p̄tinet ad continentia. q̄ ponit pars p̄tantie Et isto modo incōstantia ponitur p̄prie filia luxurie. inq̄ntū scz ex ipsius luxurie cōcupiscētia / oriū et causat. et p̄ eaz emollit cor hominis et effeminatū redditur Et ita de alijs supra tactis suo mō Quia vt supra tactū est nō refert aliqua vicia ex vno vicio oriiri fm appetitū finis. et eadē vicia ad genera alioꝝ vicioꝝ p̄tinere. **S**pecies vero luxurie cōiter assignat septē. scz simplex fornicatio. stuprū. adulteriū. sacrilegiū. incestus. raptus. pctm cōtra naturā Quaz speciez numer⁹ seu sufficientia / sic sumi pōt. Pctm luxurie in s̄ p̄prie cōsistit. q̄ aliq̄s delectatiōe venerea vtitur nō fm rectā rōem et debitū modū. Quod q̄dē cōtingere potest duplicif. Vno mō respectu materie in q̄ b̄mōi delectatio querit seu sumit. put i ea est deordinatō Alio modo respectu ipsi⁹ materie que licet debita existat. nō seruatur tñ circa ea debite circūstātie Et qz circūstātia de se inq̄ntū scz circūstātia nomē dat seu imponit spēm actui moralī. ideo ei⁹ spēs nō cōiter a circūstātijs imo sumit ab obiecto. qd est materia actus. ideo oportuit spēs luxurie assignari a parte materie seu obiecti in habēdo scilz respectū ad ipsam materiā vel obiectū. Circa ipsam autē materiā. in qua exercet actus venere⁹ / potest aliquid nō cōuenire recte rōni dupliciter. Primo modo respectu p̄prie esse ipsi⁹ materie scz recipiēt. que p̄prie in actu venereo p̄ materia reputat et recipitur. inquantū scz ipa materia / repugnātia habet ad finē debitū. p̄opt̄ que actus venereus exerceri debet. eo scz q̄ p̄ eam impedit generatio prolis. et tūc est vna speciez luxurie. scz pctm cōtra naturā. quod hic accipitur seu sumitur p̄ oim actu venereo. ex q̄ nō potest generatio hūana sequi. Vel inquantū ipsa materia repugnātia habet ad debitā educatiōem directiōem et p̄motionē prolis iam nate. inquantū scz p̄ eam

impeditur debitus ordo educatōis directō
nis et p̄motōis ipsius plis suscepte. et tūc
est alia species luxurie. scilicet simplex forni
catio. Secundo mō inquantū ipsa mare
ria in q̄ exercet actus veneris potest esse
nō p̄ueniēs recte ratioi. Non quidē ex eē
sui seu de directo. sed p̄ quendā indirectū
respectū eoz que circa ipam materiā sūt
tam in se q̄ in cōparatōe ad alios hoies. Et
hoc itez p̄t cōtingere dupliciter. Quia aut
p̄ dicto actu venereo cōmittendo et exercē
do/ inferit violētia. et tūc est alia spēs lu
xurie. scilicet raptus. Aut p̄ dicto actu venereo cō
mittendo et exercēdo nō inferit violētia.
Et hoc itez p̄t cōtingere p̄t dupliciter. P̄mo
quidē mō ex p̄te ipsi⁹ materie scilicet semie. cui
aliq̄s cōmiscet. q̄ scilicet nō seruat ei debit⁹ et
cōgru⁹ honor. et tūc est alia spēs luxurie. scilicet
incestus q̄ est cōcubit⁹ cū p̄anguineavel
affine. in quo ipius semie tā respectu sui
sueq̄ fame ac nomis. q̄ in respectu sue p̄
geniei honorificentia q̄ plurimū leditur
ex quo apparet q̄ grau⁹ sit p̄ctū incest⁹
q̄ p̄ctū simplicis fornicatōis. Alio mō
ex p̄te illi⁹ in cuius p̄tate est ipa semia. Et
hoc itez tripliciter. Vel respectu femie. q̄
est in p̄tate viri. et tūc est alia spēs luxurie
scilicet adulteriū/ q̄ cōmittit cū violatōe ma
trimoniū. Aut respectu femine q̄ est in po
testate patris. et tūc est stuprū quod p̄mit
tit in deflorādo et corripendo virginem
que cōiter in p̄tate patris s̄sistit. Aut re
spectu femie in speciali. vt ita dicatur dei
potestate existētis tanq̄ scilicet suo cultui et
seruitio specialiter deputate et dedicate. et
tūc est alia species luxurie scilicet sacrilegium
q̄ cōmittit cū p̄sona religiosa et deo sacra
ta. Et aduertat hīc p̄o intellectu p̄mis
sori q̄ species supra dicte luxurie magis
ex parte femine diuersificari ponūtur. q̄
ex p̄te viri. quia in actu venereo femina se
habet quasi patiēs/ et p̄ modum materie
vir autē p̄ modū agentis. Et vt supra ta
ctum est/ spēs luxurie nō p̄nt cōueniēter
nisi fm drām seu diuersitatē materie assi
gnari. Quia diuersitas materie habz an
neram diuersitatē formale obiecti q̄ acci
pit fm diuersos modos repugnantie ad
rectam rōnem debitūq̄ ordinē et modū q̄
in actibz veneris cōmittit. Est etiam
aduertendū q̄ licet in supra scripta speci
erū luxurie assignatōe/ meretriciū nō trā
siens in grauiozē spēm intelligat sub sim

plici fornicatōe cōp̄hensum. aliqui ta
men inter ipsa duo/ realem differētiā assi
gnāt. dicentes fornicatōem simplicē esse
soluti cum soluta quodāmodo sibi inui
cem determiante associatis et appropriatis.
Meretricium vero dupliciter fieri dicūt.
Uno modo p̄ vagā libidinē hinc inde cū
diuersis. nūc cū ista nūc cū alia peccādo.
Alio modo cū publice venali cōcubēdo.
Est etiā aduertendū q̄ aliq̄ nō ponūt
sacrilegiū de p̄ se p̄p̄iam spēm luxurie. q̄
vt dicūt nō proprie de se p̄inet ad luxuri
am fm seipam. Sed solū posset poni ei⁹
species inq̄ntū ordinaret ad finē ipsius.
Sed nec adhuc ponūt tūc ipm sacrilegi
um spēm determinatā luxurie q̄ vt dicūt
p̄t cōcurrere cū diuersis aliaz spēm lu
xurie supra tactarū vt gratia exempli. Si
quis abutatur p̄sona sibi fm spirituale co
gnatōem cōiuncta. cōmittit sacrilegium
p̄ modū incestus seu quendā spūalem in
cestū. Si aut abutatur deo sacra ta tūc eo re
spectu q̄ est sponsa christi cōmittit sacri
legiū p̄ modū adulteriū seu quoddā spūa
le adulteriū. Eo vero respectu q̄ est sub
spiritualis patris cura et p̄tate cōmittit sa
crilegiū p̄ modū stupri seu quoddā spūa
le stuprū. Et si violentia inferat/ cōmitte
tur sacrilegiū p̄ modū raptus seu quidā
spūalis raptus. q̄ grauissime etiā in solo
conatu p̄ leges ciuiles puniūt. Cōmuniōz
tamē vsus et opinio habet q̄ sacrilegium
ponit determinatā spēs luxurie et cōmit
titur vt supra declaratū est. Est etiā ad
uertendū q̄ peccati p̄tra naturā quatuor
cōiter species seu modi assignant. Prim⁹
est quādo absq̄ omni cōcubitu/ causa de
lectatōis veneree/ pollutio p̄curatur. Et
vocat proprie mollicies. pertinetq̄ ad
peccatū immūdicie veneree seu lubricose
Secūduus modus est si fiat p̄ cōcubitum
ad rem nō eiusdem speciei. Et vocat pro
prie bestialitas. Tert⁹ mod⁹ est si fiat cō
cubitus ad rem eiusdē speciei sed non ad
debitū sexum. vt puta masculi ad mascu
lum vel femine ad feminā. Et vocat pro
prie peccatū sodomiticū. Quartus mod⁹
est si fiat cōcubitus ad rem eiusdem speci
ei et debiti sexus. sed non fiat in debito in
strumēto. vel alias fiat mōstruosa q̄dā de
ordinatio et vilitas in modis p̄cubendi.
Est etiā aduertendū q̄ concubitus cō
iugalī fm aliquas circūstantias potest

B

23

De consolatōe theologie

fieri cum peccato vel mortali vel veniali. Et cōiter dicti ꝑcubitūs assignat̄ triplex modus sc̄z licitū fragilis. impetuosus. Licitus itez fit tripliciter sc̄z vel causa prolis suscipiēde ad honorē dei et cultum. Vel cā reddendi debitū. dum exigit. Vel causa fornicatōis vitandē. nō quidē in se sed in cōiuge. Prim⁹ est pietatis. sc̄dōs est iusticie. tertius est caritatis. Et in his nullū dicit̄ esse peccatū. Fragilis est quādo fit causa delectatōis. Et tūc distinguit̄. Quia si amor illius delectatōis sit ita seruēs q̄ preponat̄ deo. tunc est peccatū mortale. Si vero nō preponat̄ deo. tūc est peccatū veniale. Quinque modis fit cōcubitus impetuosus. Impetuosus est q̄ ex sola libidine proueniēs metas ratiōis et honestatis trāscendit. q̄d fit quinque modis. Primo modo ꝑ quāsdā meretricias blādicias. ad magis exaturandā libidinē. Secūdo modo quādo fit cōtra naturalē modū. Tertio modo quādo fit tempe. phibito vt magnaz solennitatū ecclie et vigiliāz. Quarto modo quādo fit i loco phibito. vt pura ecclesia vel cimiterio. Quinto modo cum ad pregnantē partui vicinā. vel ad eā que in fluxu menstruofo est acceditur.

Quomodo ex speciebus et filiabus septem vicioꝝ capitalium alia etiam peccata oriuntur.

Generaliter autē circa p̄dictas tam filiaz q̄ species omnium supradictoz septem vicioꝝ seu peccatoꝝ capitalium assignatōes et declaratōes. Notandū est q̄ licet cuilibz predictoz vicioꝝ nō sint assignate nisi filie et species supradicte declarate. q̄d non aliter fieri debuit. q̄ vt sepe supra tactū ē nulli vicio capitali debent ꝑcā alia que cūq̄ ꝑ filiabus aut speciebus assignari. nisi illa q̄ fm precipue appetitū finis cuiuslibet vicij p̄marer magis principalit̄ ex eo oriūtur et descendūt. vel que ad ipsi⁹ vicij genus et naturā magis imediate p̄tinent. Sūt tamē alia peccata. ex ipsis septem vicijs capitalibus oriētia. et ad genus seu naturā eoz p̄tinentia. que tū nec tanq̄ filie. nec tanq̄ species eoz assignātur. ex eo q̄ nō primarie et principalit̄ ex eis oriūtur et descendūt. nec ita imediate ad ea p̄tinet. imo magis ꝑrie ex ipsis filiabus vel speciebus suis oriūtur et descendūt. Ita q̄

proprie loquendo. p̄nt magis dici rami sculi orientes et principalibus ramis ipsoꝝ septem vicioꝝ capitalium. ex quibus itez ramus musclis q̄ debite exquirere voluerit. repire. virgulas alias seu folia iterū nascētia fm qualitates ꝑsonaz circūstātiāq̄ modorum faciēdi necnō tempoz ac locoz. Ut gratia exempli. Ex inobediētia que ponitur ꝑia filia inanis glorie nascit̄ seu ꝑcedit rebellio. Ex iactātia que ponit̄ alia ipsius inanis glorie filia. nascit̄ seu ꝑcedit fastus et ꝑopositas. tā gestū q̄ vestitū q̄ hmoi plurium. Ex discordia q̄ ponit̄ alia filia inanis glorie nascit̄ seu ꝑcedit scisma et bellū. Et itez ex bello homicidia. mutilatōes. incarcerationes et hmoi. Ex contumelia que ponit̄ filia ire nascitur seu ꝑcedit subannatio. derisio. maledictio. et sic de pluribus alijs que ꝑmptū est repire. que omnia cognoscere nō est inutile. imo expediens ꝑmaxime curā animarū hūit̄ ac alijs viris litteratis. vt magis ꝑpenderet attendere possint ꝑrias radices et origines singuloz peccatoꝝ. Et sic facit̄ et melius tam in respectu sui q̄ respectu eoz q̄s in cōfessionibus audiūt. possint tentatiōibus resistere. radicesq̄ eaz ꝑncipales ac fomēta euellere et dissipare. Et ista hic ad longū declarare nō parit̄ intentā hui⁹ tractatuli compēdiosa breuitas. Qui ꝑo ampliora ac magis ꝑricularia videre voluerit. recurrat vt iā supra tactū est. ad sc̄daz secunde beati Tho. necnō ad illā summā notabilem de vicijs. que a nōnullis summa regis nūcupatur.

Quod non semper vicia seu peccata capitalia / eorumque filie et species / peccata mortalia existunt

Et tamen circa supradictā septem peccatoꝝ seu vicioꝝ capitalium declaratōem aduertendū. q̄ licet ipsa septem vicia capitalia cū suis filiabus et speciebus supra etiam specificatis ꝑ ꝑctis mortalibus assignēt. et frequētius in naturā et actū ꝑcti mortalis transeāt. Non tamē sēmp peccata mortalia existunt. imo nonnūq̄ fm aliquas circūstātiāz q̄litates ꝑmitti possunt q̄ nō nisi peccata venialia sunt. Et licet ꝑ nōnullos istud ample declaratū sit. et specialiter bene. diffuse. et elegant̄ ꝑ beatum Tho. secūda secūde sue summe. ex q̄ mul

ta in hoc octavo tractatulo dictorum sumpta sunt. ac etiam bene et succinere in quodam solenni tractatu. qd compedium theologie nuncupatur. cuius inicitium veritatis theologie sublimitas. ad qd attenda brevitate huius dicti tractatuli. rationabiliter veniebat facienda remissio. Tamen qd non omnes libros hnt/interdum non facile ab aliquibus repiunt/ ne omnino istud qd poterit conscientias plurimorum a multiplicibus scrupulis releuare/hic indererentiis preteriret: expedies visum est ac cognu hic aliq mo explicare. et pro maiori parte dicendorum/ iuxta effectum eorum que circa hoc in supra dicto compendio theologie ponuntur. Et qd in simili vt supra dictum est ampliora et specialiora videre voluerit. ad alios doctores specialiter ad ipsam secundam secunde beati Thomae recurrat.


Quando superbia

fit peccatum mortale. Rocoedendo. igitur iuxta ordinem ceptum huius tractatuli secundum quem insequendo beati Gregorii. fit distinctio inter superbiam et vanam gloriam. est sciendum quod superbia prout accipitur hic et ponitur regina et mater omnium viciorum et cum suis quatuor speciebus. quas etiam vt supra tactum est ponit Gregorius est de suo genere peccatum mortale. quod est inordinatum et perversus appetitus proprie excellentie. sibi indebite attribuens que non habet. vel alio modo et intentione quam habeat. Que omnia non intelligenda sunt quam ex delibato iudicio seu sensu rationis procedunt

Quando uana gloria

ria fit peccatum mortale. Vana gloria ex suo genere est veniale peccatum. Quia generis operis scilicet morale sumitur ex obiecto. Vanum autem finem non est obiectum mortalis peccati sed venialis. Unde cum vana laus sit huius peccati obiectum per quod non superbia est mortale peccatum. Sed alijs respectibus est vana gloria mortale peccatum. quod dupliciter contingere potest. Vno modo ratione finis. propter quem laus ipsa appetitur. opus namque tale est. quod est illud propter quod appetitur. Alio modo ratione operis in se in quo laus ipsa queritur. Circa primum modum aduertendum est quod dupliciter sine laus appetitur potest. Primum ad vitandum malum infamie. quod potest homo per suspitionem vel detractorem alii

orum aut alias icurrere. sicut samuel se laudauit primo regum. Secundo propter utilitatem aliquam spiritualem. vt esset gloria dei vel edificatio proximorum sicut Paulus se commendauit. Tertio propter lucrum auaricie. vel aliquem alium finem seu actum peccati mortalis sicut pharisei qui denotabant domos viduarum simulantes legem orationem. Et habet Math. xxij. Quarto propter aliquem finem seu actum venialis peccati sicut quando quis laudari appetit eo quod vane in laude delectatur. Primum est prouidentie. secundum est charitatis. tertium est mortale peccatum. Et idem intelligendum est de omni ope et actu cuius finis qui principaliter intenditur est mortale peccatum. quantum est veniale si illa delectatio que in laude habet/fit venialis. Circa secundum modum ratione scilicet operis propter quod ipsa laus queritur/est aduertendum quod tria sunt genera operum per que laus ipsa queri potest. Vel enim sunt opera illicita vel sunt opera virtuosa. Vel sunt opera indifferentia. Si per prima opera scilicet illicita queritur laus. tunc vana gloria est tale peccatum quale est illud opus illicitum per quod queritur. Nam si illicitum opus illicitum sit mortale. tunc vana gloria erit mortalis. Si sit veniale tunc vana gloria erit venialis. Si queratur laus per secunda opera scilicet virtuosa. hoc iterum potest contingere dupliciter. Quia vel appetitus laudis adiungitur seu superuenit operi virtuoso tanquam incidens et non principaliter intentus. sicut sepe in cantu et aliquando immo frequenter in predicatione alij quod sanctis operibus. Et tunc vana gloria non est nisi peccatum veniale. Vel ipsa laus est finis principaliter intentus in ope virtuoso. ipsi quod actui virtuoso prestat. ita quod illud opus virtuosum operans ibi prestat finem vltimum sui operis. Et sic est vana gloria peccatum mortale quod tunc liberetur ei vt finis vltimo. Circa quod ad huc aduertendum est quod malum peccatum glori de bonis spiritualibus quod de bonis temporalibus. quod bona spiritualia minus habent motum vanitatis et vane delectationis eo quod minus appetunt ab extraneis temporalibus. Si queratur laus per tria opera. scilicet indifferentia vt est habere diuitias vel vestes preciosas. tunc si illa opera vltimum non progrediatur in deterius nisi in sola laude habenda. vana gloria non erit nisi veniale peccatum. Si autem talia opera vltimum in deterius progrediatur de seque ordinata vt sicut occasio mortal peccati. vt puta quam mulier



ornatu meretricio ad alliciēdos homines animasq; capiēdas se preparat. vel sint illa opa de se indifferentia ex phibitōe superioris effecta illicita vt torneamētaz hmoi z tunc vana gloria est peccatū mortale

¶ Quando inuidia sit

peccatū mortale. z quando nō.

Inuidia ex suo genere est peccatum mortale. Cum enī inuidia put in superioribus dictū est/ sit dolor de felicitate seu bono alterius. gaudiūq; de malo alieno. clarū est q; directe cōtrariat charitatem. vt prime ad corin. xij. Caritati autē nihil est cōtrariū quod nō sit peccatū mortale. Est tamē aduertendū q; interdū illud peccatū quod ex suo genere est mortale. potest fm aliquas sui q;itates solū esse veniale. Arputa quādo in solo p̄io motu cōsistit. Vel propter aliquā aliā intentionē extra suā rōnem trahitur. Pro q; sciēdū est q; quadrupliciter potest dolor de alieno bono/homini accidere. Primo mō prout est primō prim⁹ motus ex natura proueniēs. q; interdū etiā ex ipsi⁹ nature corruptōe/in aliq;bus plus z frequētius puenit. Sunt enī aliqui ex sue corruptione inordinate nature/magis p̄ni ad motus inuidie q; aliq;. vt in simili est videre inter diuersos canes. Et iste dolor seu motus inuidie nullo modo est peccatum qz tales motus p̄io prim⁹ nō sunt in potestate nostra. Et ita intelligēdū est respectu quorūcūq; alioz vicioz seu peccōz de omnibus primo primis motib⁹ naturalibus. vbi tñ delectatio seu cōsensus nō se adiūgerit. qz tunc posset in peccatū vel veniale vel mortale trāsire. Secūdo mō potest ille dolor seu tristitia de bono alieno esse. scdo prim⁹ motus. quando scz fit in sensualitate/sine tamen cōpleta deliberatiōe etiā si tali dolore seu passione afficitur. quod proprie cōtingit quando ille secūdo prim⁹ motus nō ita cito ab initio remouet sicut posset. remouet tamē ante plenū cōsensum. imo quodā mō displicere incipit. Et tūc inuidia nō est nisi veniale peccatū. Et ita (q; bene aduertat) intelligēdū est etiā generalit̄ in omnibus alijs vicijs seu peccatis. Qui autē dicant̄ primo prim⁹ mot⁹ z secūdo prim⁹ motus de clarabit aliqualit̄ infra. vbi de peccato veniali ageť. Tertio pōt ille dolor seu

passio in animo accidere q; nihilominus propter aliquā aliā intentionē trahit extra suā propriā rōem. suāq; p̄riā naturā. vtputa quādo dolor ille seu tristitia de alieno bono/insurgit alicui ex bona rōe seu causa. sicut quādo aliq; de bono seu prosperitate alterius dolo. vt quia efficit detrimentū z p̄iudiciū redūdare. vel scz anime proprie met illius q; illud bonū habz vel reipublice. vel aliquaz bonaz psonarum q; affligi nō merēt. Et talis dolor seu mor⁹/bon⁹ est. nec peccatū est cū maius bonū magis sit appetendū. Quarto mō pōt ille dolor seu tristitia de bono alteri⁹ accidere haberi ex certa sciētia p̄sensuq; deliberato volūtatis. z sine iusta ac rōnabili causa. Et isto modo inuidia est semp peccatū mortale. Et p̄ ista pōt etiā clarevideri quādo detractio est peccatū mortale vel veniale. Nam si malū de aliq; dicat ad bonū finē p̄ impediēdo scz q; malū alteri faciat. vel p̄ sua correctōe. vel rōne officij qd̄ incūbit. vel phibēdo testimoniū veritati. vel hmoi. z tunc detractio nō est peccatū. dum tamē p̄uersa volūtatis ex deliberato p̄posito nō se adiūgit. Si vero dicat malū de alio ex quadā solū leuitate loq̄ndi. sicut sepe cōtingit/ z malū quod dicit nō vergat in magnū damnū seu p̄iudiciū illius de q; dicit aut sue fame. z tūc detractio est peccatū veniale. Posset tñ illō dānū seu p̄iudiciū tā graue eē q; illa leuitas loq̄ndi non excusaret. qz vnusq;sq; maxime in talibus granib⁹ z respectu alioz debz ponere custodiā ori suo.

¶ Quando ira sit peccatū mortale z quando non.

Ira ex suo genere ē peccatū mortale qz iuxta sup̄i vbi de ira actū ē Ira est imo derat⁹ amor⁹ z citās ad penā puocāti inferendā. Dicit autē n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Ira tñ vt eē supra aliq;lit tactū ē/multipliciter p̄siderari pōt. Vno mō put ipoztat seu denoiat p̄ zelū q; q; p̄tra vicia mouet z ipsa detestat. Et hec ira nō ē peccatū sz magis ē p̄fectōnis. imo p̄ istū modū p̄t eē sibi met q; irasci. Quid enī (vt dicit glosa sup̄ illud psal. Irascimī z nolite peccare) est hō penitēs. nisi sibi ipsi irascēs. Alio mō p̄t ira p̄siderari put dicit z importat quāda erga

primū affectus remissionē. p quā scz hō nec de malo primi dolet nec de ei⁹ bono gaudet. licet etiā non doleat de bono. nec gaudeat de malo eius. sed est ei⁹ erga euz indifferens. Et hec species ire nō est mortale peccatū sed est imperfectio quedā caritatis. Hīc tñ vbi primus esset in extrema necessitate qz tñc sub pena peccati mortalis tenetur homo sibi succurrere si potest. Alio mō p̄t ira cōsiderari. put dicit⁹ et importat quādā impatientiā actualē absqz tamē reali appetitu vindicte. Et tal⁹ motus etiā deliberati⁹ est solū peccatū veniale. Quia sicut p̄t ex supradictis ire describi p̄tōib⁹ nō habz cōpletā rōem ire. Alio mō potest ira cōsiderari. put dicit⁹ et importat actualē impatientiā/etiā cū appetitu vindicte. Et hoc tripliciter cōtingere p̄t. Quādoqz enī hoc a naturali cōpleione seu dispositōe pcedit sicut est in melacolic⁹ et in senib⁹. In quib⁹ fm phm cōtinue mouetur natura. prop̄t qd̄ semp turbulenti existunt. Et talis ira nullū est peccatū. eum sit motus naturalis. Quādoqz etiā est hoc et procedit ex appetitu subito et nō p̄fecte deliberato. Et talis ira nō est nisi veniale peccatū. sicut ali⁹ p̄mi motus. Quādoqz at est hoc et pcedit ex voluntate deliberata cōsensuqz p̄fecto. Et talis ira est semp peccatū mortale.

Quādo acedia sit

peccatū mortale. et quādo non. Acedia ex suo genere est veniale peccatū. Quia fm supius tacta/acedia in effectu nō est nisi tediū de bono spūali laborioso. Hoc at̄ de se nō opponitur caritati. sed solū dicit q̄ndam seruois caritatis diminutiōem. in qua seruois caritatis diminutiōe consistit om̄ne peccatū veniale. Multipliciter p̄t tediū de bono spūali cōtingere. Uno modo put est sol⁹ mot⁹ naturalis laborē abhorrens. et talis motus nullū est peccatū. qz tal⁹ motus nō est in nostra p̄tate. Alio modo put est motus appetitus de ope spūali laborioso cōtristati. Et talis motus etiā si appetitus ille sit deliberati⁹. nō est nisi peccatū veniale. qz cōsensus in illō quod de sui natura nō est nisi veniale peccatū/nō est nisi veniale. Alio mō p̄t istō tediū de bono spūali laborioso tale eē/ taliterqz vltra motū naturalē motūqz appetit⁹ trāsire. qz p̄ illō hō illa adimplere dimittit q̄

sue salutē vel ex vi p̄cepti vel alias necessaria sunt. et tunc est peccatū mortale. P̄t ad hoc istō tediū in graui⁹ trāsire et tantū eē qz ex omisiōe ipsi⁹ boni spiritual⁹ laborio si difficultateqz ipm aggrediēdi hō in q̄ndam sue vite displicentiā inducitur et exinde in desperatōez cadit. Et tale tediū est peccatū mortale. acceditqz ad peccatū in spūsanctum. Et adhuc graui⁹ imo grauiſſimū si illō tediū illaqz displicentiā vite intantū crescat et pcedat. qz q̄s sibi ipsi manus iniiciat ac se occidat. nā tñc tal⁹ simil⁹ erit iude qui se p̄ desperatōez laq̄o suspēdit.

Quando auaricia

est peccatū mortale. Circa auariciā autē q̄ iuxta supius dicta/est imoderat⁹ amor hūdi. Est cōsiderandū q̄ iste imoderat⁹ amor/cōsistere p̄t. vel in appetendo. vel in adq̄rendo. vel in retinendo. Si appetēdo. hoc itez q̄nqz modis cōtingere p̄t. Vel enī appetitur aliena appetitū cōpleto et deliberato ac absoluto. q̄ etiā in actū et op⁹ si adesset facultas transferret et pcederet et tñc est mortale peccatū. Vel appetitur appetitū sicut cōpleto. deliberato et absoluto illicita. v̄puta hō se idignū bñficio aliq̄ ecclīastico vel officio sentiens et cogscens. vel sentiret cognoscere debēs illō bñficiū ecclīasticū vel illō officiū sciēter appetitūqz delibato et absoluto appetit. et tñc etiā est peccatū mortale. Vel appetitur p̄dicta scz aliena vel illicita. appetitū eē cōpleto et delibato. s̄z nō tñc puro et absoluto. s̄z p̄ditionato. v̄puta si talia sine diuina offensa ac iūria primi h̄i possent. Et tñc vel nullū ē peccatū vel ē veniale. siue tal⁹ cōditio actualit̄ exp̄sse addatur siue habitu alit̄ intēdatur. Quō tñc intelligēdū ē. dūmō scz p̄ tales appetit⁹ seu desideria/hō nō se vane pascat ac p̄dat seu intermittat facere illō bonū ad qd̄ aliūde tenetur. Vel si generet i corde suo aliq̄s malos mot⁹ seu habit⁹. q̄s q̄n voluerit remouere nō possit. qz tñc possz eē mortale peccatū. Vel appetitur nō necariar supflua. eē q̄uis n̄ aliena nec de sui natura illicita. appetitū nimis ardētū. et tali qz mēs ex h̄ qd̄amō suffocata/ipe ditur omnino a cōsideratōe diuinor. ac eoz que ad suam salutē spectant. Et hec est illa pernicioſa cura seu sollicitudo que in euangeliō phibetur et est peccatū mortale.

Vel appetatur seu desiderant nō necessa-
ria et supflua. nimio appetitu sed tñ tali q̄
est infra dei amorē et timorē. q̄ talia sic ap-
petēs nec p̄terea deo displicere vellent. nec
etiā impediri cōsideratōne eorū q̄ ad suā
salutē p̄tinēt. et hoc est nisi pctm̄ veniale.
Quinimo possit talis amor seu appetit⁹
ita moderat⁹ esse q̄ nō esset pctm̄. imo ta-
lem principaliter finē et intētiōnē habere
q̄ esset meritorius. ¶ Si vero respectu secū-
di mēbri p̄cipalis ille imoderat⁹ amor
habendi nō solū consistat in appetitu s̄
ultra transeat sc̄z in acquirēdo. Et hoc ite-
rum pōt cōtingere tripliciter. Vel enī acq̄-
runt res iniuste et indebitē indifferēter a
quocūq̄ et quocūq̄ modo fieri potest. vt
p̄ furta. rapinas. iniusticias. extorsiones
aliasq̄ fraudes et vias illicitas et tunc est
peccatū mortale. Vel adquiruntur res re-
spectu adq̄rentis et illi⁹ a quo adq̄ritur de
suo esse nō illicite nisi q̄ p̄ artem seu offi-
ciū aut aliud opus illicitū adq̄rūt. qd̄ de
p̄ se etiā sine adq̄sitiōe et lucro esset pecca-
tum mortale. vt est in meretricibus. in fal-
sas mercātiās sciētē vendētibus. et sūra-
rijs et h̄mōi. et tunc est pctm̄ mortale. Vel
adq̄runt p̄ artem aut officiū seu opus qd̄
licet de se sit illicitū. nō est tñ de per se nisi
pctm̄ veniale. Et est in istis ioculatorib⁹.
qui p̄ cōplacētia p̄ncipū vel populū ad
lucrū habendū. ociofa. iocosa. et interdū
mēdosa. salua tñ aliqua honestate dicūt.
vel diuersas corporū gesticulatōes faciūt
et tūc nō est nisi veniale pctm̄. Nisi tamē
p̄pter solā talis dissolutionis delectatōez
homo se ex toto talib⁹ daret. tūc enī eēt pec-
catū mortale. Et notāter d̄z p̄pter solā ta-
lis dissolutionis delectatōem. q̄ si quis p̄-
ter necessitatē se etiā ex toto talib⁹ daret et
applicaret suā p̄ talia sustentatōem que-
rens. cū aliā artem seu aliū modū lucrādi
nesciret vel nō haberet. nō eēt talis in sta-
tu dānandoz reputand⁹. ¶ Si vero re-
specu tertij mēbri p̄ncipalis amor ille
h̄ndi imoderatus cōsistat in retinēdo.
hoc itez potest quinq̄ modis contingere.
Vel enī sciētē et animo retinēdi retinent
ea que d̄s restitūere tenet. vt puta quia cō-
tra voluntatē eius ad quē spectat. detine-
re se scit vel credit. et tunc est pctm̄ morta-
le. Et intelligit quis animū retinēdi ha-
bere. qm̄ non habet p̄positū et voluntatē resti-
tuēdi vel p̄cordandi tēper loco. licet facul-

tas sibi suppetat vel qm̄ sibi suppetet. Vel
retinētur illa q̄ ad necessitatē alicui⁹ et suo
rū. sine p̄scisam siue fm̄ sui stat⁹ vel digni-
tatis vel facti qd̄ iuste manu tenet et grue-
riā et condecētiā faciūt et spectāt. et tūc nul-
lū est pctm̄. Vel retinētur supflua siue sic
respectu necessitatis p̄scise retinētis. siue
necessitatis congruētie sui status et digni-
tatis. et. vt supra tactū est. Et hoc tēper ex-
treme necessitatis alicui⁹ de q̄ noticia ha-
bet. et cui de p̄dictis supfluis succurri po-
test et non succurrit. et tūc etiā est peccatū
mortale. Quia homini in tali necessita-
te constituto. tenet homo succurrere non
solū de sibi superfluis. vt etiā de sibi ne-
cessarijs. respectu quidē manutenētie sui
status vel dignitatis. et. S̄z non de his
que simpliciter et p̄scise p̄ sua vita necessa-
ria sunt. Quia in tali casu homo magis te-
netur proprie suę vite succurrere q̄ aliene
Vel retinētur supflua modo statū decla-
rato supra. declarato etiā extrare circa ex-
tremā necessitatē alteri⁹ cuiuscūq̄. S̄z h̄
fit ex quadā insatiabili cupiditate et ardo-
re h̄ndi. Lū⁹ insatiabilitatis seu ardoris
signū euidentis est. q̄ q̄s res poti⁹ penes se
putrescere et depire dimittit. q̄ vt illiciter
alijs liberalitē distribuit et dispēsat. et tunc
etiā est pctm̄ mortale. Vel retinētur sup-
flua ex imoderato seu inordinato amo-
re habendi. Non tñ ita insatiabili et ardē-
ti sicut statū supra tactū est. s̄z solū quadā
imoderatā seu inordinatōe. q̄ modicū
non tñ in totū a medio virtutis sc̄z largi-
tatis deficit et declinat. et tunc est peccatū
veniale. Nisi tamē vt supra statū dictū est
appareret homo in extrema necessitate cō-
stitur⁹ cui succurri possit et deberet. Ex
p̄missis apparet q̄ auaricia ex suo gene-
re est pctm̄ mortale. Etiā vt in supiorib⁹
tactū est. ab ap̄lo idolatrie compaf. Non
q̄ sit de sp̄e illi⁹ pcti. cū non hēat aliquē
actū ei⁹. s̄z q̄ aliqd̄ idolatrie sile facit sc̄z
creature fūiedo poti⁹ q̄ creatori. vt lan⁹
supra vbi de auaricia agit declaratū est.

Quando gula est

peccatū mortale et quādo non.
¶ Gula ex suo genere est pctm̄ vicia-
le. q̄ appetit⁹ comedēdi vel bi-
bēdi ex sua rōe n̄ subiacet d̄nio
voluntat⁹. Circa tñ istō gule pctm̄ qd̄ iuxta
in supiorib⁹ dicta. est imoderatus edēdi

appetitū seu immoderata cibi aviditas
Ult aduertendū q̄ q̄nq; modis potest
 iste immoderat' appetitū cōtingere seu
 cōsiderari. **U**no modo put est solūmō
 naturalis. sicut naturaliter hō comedere
 z bibere appetitū fameicit z sitit. Et hic
 appetitū nō est pctm̄. imo nec etiā dele-
 ctatio naturalis que ipm̄ appetitū in ipa
 cibi sumptōe cōsequit' seu omittit' est pec-
 catū. z hoc inquantū ordinatur supra de
 factū nature cōtrariū. quia hec naturalia
 sunt. nec in p̄tate nostra cōsistūt. Et ideo
 nec in talibus est meritū vel demeritū.
Uel illi appetitū seu desider. o natura-
 li qui quodāmodo necessitatis est. supad
 iungit' quidā appetitū delectatōis z vo-
 luptatis in cibo. z tūc est solū pctm̄ venia-
 le. **E**t hoc vez est nisi ille appetit' eden-
 di ultra p̄gredereetur. sic scz q̄ p̄p̄ter illā
 delectatōem seu voluptatē/que sic sibi su-
 pad iungitur/ fieret sine q̄cūq; necessitate
 trāsgressiōe p̄cepti ecclie vel superioris. vt
 puta q̄ solueretur ieiuniū p̄ eccliam indi-
 ctū. **U**el religiosus cōtra p̄hibitōes in suo
 ordine sub p̄cepto factā cōmederet carnes
 vel hm̄i. nam tūc est pctm̄ mortale. **E**t
 notāter dicitur sine necessitate q̄ si hm̄i
 trāsgressiōes/ ex necessitate fierēt. vtputa
 nimie senectutis vel nimie iuuetutis. vel
 infirmitat'. vel laboris necessarij z hm̄i
 tunc nō esset pctm̄. imo posset illa necessi-
 tas talis esse q̄ quis hm̄i p̄cepta obf-
 uando peccaret. **I**n talibus tamē obseruā-
 tijs ad quas hō ex ecclie p̄cepto vel voto
 vel inunctōe penitētie tenetur. z p̄p̄ter ne-
 cessitatē aliquā eas adimplere nō p̄. bonū
 est petere licentiā a suo p̄lato: vel a suo cura-
 to. vel a suo confessoze. **U**el nisi ille ap-
 petitū edēdi eēt cū tanta libidine z ardo-
 re q̄ hō nimio z finali affectu/ illi delecta-
 tōni cibi inhereret. ita vt p̄ponerz amo-
 ri z timori dei. z tūc est peccatum mortale
Uel nisi q̄ illi appetit' vel illa delecta-
 tio in talē cōsuetudinē ducitur/ q̄ facit to-
 tā vitā hōis talibus delectatiōib; occupari
 z deputari. **E**t hic posset eē pctm̄ mortale
Immo sunt talia ita pctō mortalit' vicina
 q̄ ebrietas ab ap̄lo inter mortalia pecca-
 ta p̄putatur. **E**brietas tū q̄ est pctm̄
 veniale. vt q̄n ultra necessitatē q̄s accipit
 sed hoc est fm̄ mēsurā impceptibile. **U**n-
 vero egreditur q̄s a mēsurā pceptibili. q̄
 scz fm̄ rōem bñ ordinatā discerni pōt. **E**t

hoc in tali mēsurā ex q̄ eueritur stat' mē-
 ris. hocq; effrenata quadā libidine fit. vt
 scilz q̄n hoc dei amor z timori p̄ponitur.
Tūc ebrietas est pctm̄ mortale. **S**i q̄s at
 aliū inebriat ita scilz eū ad potū inuitās/
 vt intēdat statū mentis ei' euertere/ z hoc
 facit in ei' nocuētū/ peccat mortaliter
Quia tūc magis sibi aufert q̄ si auferret
 aliq̄d tēpale. quia vsum ratiōis ei tollit.

Quando luxuria sit

peccatum mortale. z quando non.
Luxuria ex suo genere est pecca-
 tum mortale. qz est cōtra illud
 p̄ceptū decalogi. **N**ō mechabe-
 ris. **C**irca tamē istō pctm̄ luxu-
 rie/ que iuxta in superiorib; tacta/ est libidi-
 nosa q̄dā circa act' venereosos voluptat' z
 cōcupiscētia/ est aduertendū q̄ cōcupiscē-
 tia ipa luxurie dupliciter cōtingere seu cō-
 siderari pōt. **U**no modo p̄out est solū in
 corde. **A**lio mō put etiā ab extra p̄sistit in
 ope. **Q**uantū ad primū modū pōt hoc
 itez cōtingere tripliciter. **P**rio mō put ip-
 sa cōcupiscētia in solo p̄io motu p̄sistit.
 z tūc nō est nisi veniale pctm̄. **P**ro q̄ itez
 sciendū est. q̄ differentia est inter primos
 motus virtutis generatiue. z p̄ios mot'
 virtutis nutritiue. **N**ā p̄mus mot' in vir-
 tute generatiua est semp pctm̄. nō autē sic
 est in virtute nutritiua. qm̄ potētia cōcu-
 piscibilis nō tantū corrupta est in virtu-
 te nutritiua sicut in virtute generatiua. **S**e-
 cūdo mō pōt ipa cōcupiscētia cōsiderari p̄
 ut ipz motū naturalē seq̄tur p̄sensus i de-
 lectatōez licz nō in op' z sic ē pctm̄ mortale.
Et itelligitur h' sine ille p̄sensus i dele-
 ctatōe sit respectū sui ipi' met/ siue sit respe-
 ctu alioz. vtputa q̄n hō cogitādo (vt iter-
 dū p̄rigere p̄t) ad delectatiōz quā aliq̄ alij
 in actu venereo hñt/ delectātū i se. z in illa
 delectatiōe hñda/ ex deliberatiōe p̄sentit.
 etiā si forsan ex se n̄ veller illū actū venereū
 exercere. **E**t notāter dē p̄sensus in delectā-
 tōem qz si delectatiō vt q̄nq; fit/ i surgeret.
 z in illā delectatōz hō ex deliberatiōe n̄ cō-
 sentiret. nō eēt tūc nisi veniale pctm̄. **T**er-
 tio mō ipa cōcupia cōsiderari p̄t. put eēt
 deliberatiōe p̄sentit in op' z tūc ē mortale
 pctm̄. etiā si p̄ tūc n̄ trāscat i actū ab extra
Respectū sō scōi mēbz p̄ncipal' scz p̄
 ut cōcupia luxurie p̄sistit ab extra in ope
 hoc itez cōtingere p̄t dupli. **U**no modo

prout ipsa concupiscentia trāsīt et progreditur in actū venerē. cōpletū et consummatū. et tunc cōstat esse peccatū mortale. Alio modo prout ipsa concupiscentia trāsīt et progreditur in aliquos actūs disponentes ad ipm actū venerē. vel ipm cōcūctates seu cōcomitantes. Et hoc itez cōtingere potest tripliciter. vel enī hoc fit p visum. vel p linguā. vel per tactū. Si pmo mō vt qñ scz ipsa concupiscentia ab extra visu pascat. vt qñ qñs animo et sine concupiscendi mulierē in ipsam pspicit et attendit. et tūc est peccatū mortale. Nam illō vt dicit Aug. nō est titillari. sed plene libidini sentire. Iuxta illō Math. v. Qui viderit mulierem ad concupiscendū eā iam mechatur est eā in corde suo. Et notāter dicit. ad concupiscendū eam. qm̄ si aliquis mulierē inspiceret vt rem pulcrā. et nō in deterius pcederet. tūc pūm vel nullū esset peccatū. vel solū esset peccatū curiositatis. Si vero secūdo istoz triū vltimoz modoz fieret. vt qñ quis mulierē ppter libidinē pcuratur. vel colloq̄a familiaria secū habet. vel per verba adulatoria et deceptiua attrahere conat. et tunc est peccatū mortale. Si tertio istoz triū modoz vltimoz fieret. quod fit p oscula amplecti. hmoiq; mulierum cōtractatiōes. Et tūc est etiā peccatū mortale. et tanto grauius q̄sto magis per talia libido accendit ppter nimiam appropinquitatem ad ignē. Et vocat ab aplo turpitudō. Quod tamē ita accipi debet. si pmissa ex libidine seu ppter libidinē fiant. Nam tāgere mulierē imo et osculari. non libidinis intentiōe. sed ex necessitate seu quadā honestate vt interdū fit. nō eēt peccatū. dum modo nihil sit in intentiōe corruptū. Premissa etiā om̄ia intellige. nisi p sacramētū matrimoni cū debita moderatiōe. debitisq; cōcūctatijs. supra vbi de peccato luxurie actum est aliquā de claratis excusarentur.

De peccato in spiritu sancto

Et pedita igit iuxta ordinē in tractatulo exponendoz declaratiōe quartē diuisiōis peccati mortalis. que (vt supra tactus est) p septē vicia capitalia sumit. ipsoz q; septē viciorū capitaliū explicata natura. venit nūc aliq̄liter circa vnā p̄ticulā ter-

rie diuisiōis peccati mortalis supra etiam posite tāgendū. scz in spiritu sancto. Circa quod sciendū est. q̄ licet omnia essentialia. om̄ibus tribz psonis sanctissime trinitatis equalit̄ cōueniant cōiter tū attribuit seu appropat p̄sone patris potentia. p̄sone filij sapiētia et p̄sone spūs sancti bonitas. Et ex hinc insurgit. q̄ illi qui peccant ex infirmitate que p̄rie cōtrariat potētie/ dicitur peccare in patrē. i. cōtra patrē. Qui enī peccat ex ignorātia que proprie cōtrariat sapiētie. dicitur peccare in filiū. Qui enī peccat ex p̄ria malicia que p̄rie opponit bonitati/ dicitur peccare in spūs sanctū et est p̄rie peccare ex propria malicia. quando voluntas scit et pōt alicui malo resistere. et tū ex sola malicia illud eligit. Et quo clare apparet p̄ctm̄ in spūs sanctū graui⁹ esse alijs peccatis. que in patrē et filiū cōmittunt. cū maius sit et graui⁹ peccare ex propria malicia. q̄ ex infirmitate vel ignorātia. De qua ipi⁹ p̄ctū in spiritu sanctū grauitate/ latior fiet ista declaratiō. Et quia generalit̄ oīa peccata tam in superioribz declarata q̄ alia. vel ex infirmitate. vel ex ignorātia. vel ex propria malicia cōmittuntur. nō fuit necesse specialem de ipsis qualitatiōibz peccatoz tractatum facere. nisi solū de illo peccato in spiritu sanctū/ quod vltra alia peccata q̄ndā specialitatē quandā q; grauitatē imporat. Circa quod p̄ctm̄ p clariori nature eius declaratiōe et intellectu/ et eo p̄marime q; multi frequēter de ipso loquūt qui p̄ria eius naturā nō intelligūt. est aduertendū q; triplex de isto peccato in spiritu sanctū reperitur positio seu acceptio. Alii qui enī vt Hilarius Ambros. Hieroni. et Chrysost. ponūt et dicit peccatū in spiritu sanctū esse. qm̄ ad lrām aliqua blasfemia cōtra spūs sanctū dicitur. siue spūs sanctū accipiat fm̄ q; est nomē essentialē toti trinitati cōueniēs. quelibet enī p̄sona spūs est et sanctus. siue prout est nomē speciale vni⁹ in trinitate p̄sone. Et fm̄ hāc acceptiōem distinguit in euangelio Math. xij. Blasfemia in spiritu sancto. cōtra blasfemiā in filiū hominis. vbi exemplū de ista blasfemia habet de iudeis que illa q; xps in virtute spūs sancti opabat/ attribuebāt principi demonioz. et ideo dicitur in spūs sanctū blasphemasse. Augusti. et alij cū sequentes dicit et ponūt peccatū in spūs

sanctū esse finalem impenitentia. quādo
scz aliq̄s in peccato mortali vsqz ad mor-
tem inclusine p̄senerat. qz vt dicunt talis
in sp̄sanctū blasphemare videt. qd̄ qui
dā dicunt nō solū verbo oris fieri posse.
sed etiā verbo cordis z verbo operis. Nec
vno solū. imo multis z multoties. Et di-
cunt qz verbū sic acceptū dicit eē blasphe-
mia p̄tra sp̄sanctū. qz est p̄tra remissio-
nem pctōz q̄ fit p̄ sp̄sanctū q̄ est charitas
patris z filij. **¶** Alij z tertij ponūt z dicūt
pctm̄ in sp̄sanctū eē. qm̄ ex certa malicia.
id est ex ipsa deliberata electōe mali pecca-
tur. qd̄ ex ip̄roba volūtate liberi arbitrij
p̄cedit. qz vt tactū est peccat̄ tūc cōtra bo-
uitatē que attribuit̄ z approp̄at̄ spiritui-
sc̄ō. **¶** Et in p̄posito p̄nti fm̄ eōem vsū
loquēdi z ponēdi accipit̄ isto tertio mō
seu fm̄ istā tertā acceptōem. Quia capiē-
do iuxta primā acceptōem seu p̄mū mo-
dū ponēdi. magis p̄prie est pctm̄ speciale
ad infidelitatē p̄tinēs q̄ opponit̄ p̄fessio-
ni fidei. Iuxta vero sc̄ōam acceptōez seu
sc̄ōm modū ponēdi. p̄t ad om̄ia vicia p̄-
nere z in om̄i genere pcti contingere. etiā
in pctis a principio ex infirmitate vel ex
ignorātia cōmissis. imo p̄t cōtingere ho-
minē in peccato mortali mori vel ex incu-
ria. vel negligētia penitēdi. vel subito. vl̄
ex improviso. Et ideo iuxta hāc tertiam
acceptōem seu ip̄m tertū modū ponēdi
fiet hic declaratio de ip̄so pctō in sp̄san-
ctū. **¶** Circa qd̄ itez p̄ veraciori intellectū
est aduertendū qz nō om̄e pctm̄ qd̄ ex cer-
ta malicia cōmittit̄ d̄ esse pctm̄ in sp̄-
sanctū. put̄ hic z cōiter accipit̄. Duplicit̄
enī p̄tingere p̄t aliquē ex certa malicia. i.
ex ipsa electōe mali peccare. Vno mō ex
inclinatōe habitus viciosi seu assuefactō-
ne. imo fm̄ aliquā circūstātiā ex p̄prie sci-
entia z deliberatōe qz tūc nō peccat̄ in
sp̄sanctū. imo illō (vt tactū est) in q̄libet
genere peccati cōtingere p̄t. Alio mō pōt
qd̄ ex p̄prie malicia peccare ex eo scz qz ip̄e
scienter z p̄ cōtemp̄tū abijcit̄ z remouet a
se illud qd̄ in eo poterat electōem seu con-
tinuatōem pcti impedire. Et cū oīa q̄ pec-
cati electōem seu cōtinuatōez impedire pos-
sunt z impediūt. sint p̄prie effect̄ sp̄sancti
in hoīe. ideo ille q̄ vt tactū est ipsa sic pec-
cati electōem seu cōtinuatōem impediē-
tia a se scienter z per cōtemp̄tū abijcit̄ z re-
mouet. dicit̄ ex p̄prie malicia z in sp̄san-

ctū peccare. Et ita p̄prie accipit̄ in hoc p̄-
posito etiā fm̄ eōem acceptōem ex prop̄a
malicia peccare put̄ adhuc inferi. **¶** De-
clarabit̄. **¶** Qui autē pcti in sp̄sanctū
fm̄ Augusti. z cōem acceptōem ponūt eē
scz sp̄s. s. desp̄atio. p̄sumptio. ipenitētia.
obstinatio. impugnatō veritatis agnite
inuidētia fraterne gratie. Quaz nūerus
seu sufficiētia sic sumit̄ pctm̄ in sp̄san-
ctū put̄ (iuxta supra tacta) hic. z cōiter ac-
cipit̄ fit z cōmittit̄ p̄ remotionē seu cōte-
p̄tū eoz p̄ q̄ homo ab electōe pcti seu cō-
tinuatōe qd̄ idem est in effectu p̄t impe-
diri. Illa autē que sic hoīem ab electōe
peccati impedire seu retrahere p̄nt proce-
dūt seu oriunt̄ vel ex p̄te diuini iudicij. vl̄
ex p̄te donoꝝ dei. vel ex p̄te ipsi pcti met.
In iudicio autē diuino duo insunt scilz
iusticia z misericordia. Respectu miseri-
cordie ex qua cōsurgere hz spes ex cōside-
ratōe scz diuine misericordie peccata re-
mittētis z bona premiāt̄. Qui hāc spem
que hoīem ab electōe peccati retrahere et
impedire habz a se p̄ cōtemp̄tū remouet z
abijcit̄ nō sperās scz deū pctā debite peni-
tenti remittere velle. peccat p̄ primā spem
pcti in sp̄sanctū q̄ est desp̄atio. Respectu
vero iusticie ex q̄ cōsurgere debz timor ex
p̄sideratōe scz diuine iusticie recte z rigi-
de pctā puniētis. Qui hunc timorē q̄ me-
rito hominē ab electōe z cōtinuatōe pcti
impedire z retrahere hz. a se p̄ cōtemp̄tū
remouet z abijcit̄ sperās scilz seu p̄sumēs
gloriā sempiternā sine meritis vel etiā si-
ne penitētia ad ip̄sci. peccat p̄ sc̄ōam spe-
cie peccati in sp̄sanctū q̄ est p̄sumptō. Et
intelligant̄ hec sane iuxta declaratōez sta-
tim tactā. Nam pctm̄ desp̄atiois z p̄sum-
ptōis. put̄ hic sumit̄ / nō cōsistit in hoc qz
qd̄ dei misericordia vel iusticia nō credat
qz tūc non p̄tinet ad pctm̄ in sp̄sanctū. p̄-
ut hic sumit̄. s. p̄t p̄tinet ad pctm̄ in
fidelitatis. S. cōsistit in hoc qz ipsa dei
misericordia vel iusticia cōtemnit̄ seu vi-
lipēdit̄. **¶** Respectu at̄ sc̄ōi mēbri princi-
palis scilz donoꝝ dei qd̄ hō a peccato re-
trahit̄ ipsa duo principalit̄ sunt. Primū
est agnitio veritatis fidei q̄ maxime hoīez
habet ab electōe pcti retrahere seu ipedi-
re. quā q̄ a se scienter z p̄ cōtemp̄tū abijcit̄ ve-
ritatē. s. agnitā ipugnādo vt licenti pecca-
re valeat. peccat p̄ q̄ntā spem pcti in sp̄-
sanctū q̄ est ipugnatio veritatis agnite. Alio

fm̄ p̄nti p̄nti s. 20

3

Compendiū theologie

donū dei ab electione pcti impediēs seu retrahēs/est auxiliū interioris grē diuini-
tus collate. cōtra quā ponit sexta species
peccati in sp̄sanctū. scz inuidētia frater-
ne gratie. dū scz aliquis nō solū p̄sone fra-
tris seu primi iuider. q̄nimo inuider eti-
am gratie dei crescenti z apparet in mū-
do. **R**espectu vero terij mēbri p̄cipa-
lis. i. pcti in se duo sunt principalit̄ q̄ ho-
minē a peccando impedire seu retrahere
possunt z debēt. Primū est inordinatio.
turpitudine ac vilitas actus pcti in se. Tu-
ius debita cōsideratio/solet in homie pe-
nitentiā inducere de pctō cōmisso. Et cō-
tra hoc homo peccat p̄ terriā sp̄z pcti in
sp̄sanctū scz p̄ impenitentiā. Scdm̄ est
puitas z breuitas boni seu delectationis
quā aliq̄s in pctō querit z inuenit. **T**u-
p̄sideratio inducere solet hominē ad hoc
q̄ eius volūtas in pctō nō firmet. Et cō-
tra hoc peccat homo p̄ quartā sp̄m̄ pcti
in sp̄sanctū scz p̄ obstinatōem. Et intelli-
gant ista duo sane. nō enī hic sumit impe-
nitentiā prout dicit p̄seuerantiā in peccato
mortali vsq̄ ad mortē inclusiue. qz iā nō
esset speciale pctm̄. sed qdā pcti circūstan-
tia que cēt z cōtingere posset in q̄libz pec-
cato vt aliquantū supra in scda acceptōne
pcti in sp̄sanctū tactū est. **S**z accipit hic
impenitentiā fm̄ q̄ importat p̄positū non
penitēdi z est p̄prie respectu p̄teritorū. **S**i
militer obstinatio nō capit hic p̄seuerā-
tia seu cōtinuatōne in pctō. sed qm̄ homo
suū p̄positū in hoc firmat q̄ vult peccato
inherere. z est p̄prie respectu futuroz. **I**n-
tra illō **Jeremie. viij.** Nullus est q̄ agat
penitentiā. i. agere vult sup pctō suo dicēs
quid feci q̄ntū ad primū. **D**ēs p̄uersi sunt
ad cursum q̄si equus impetu vadēs ad p̄-
linm̄ q̄ntū ad scdm̄. **E**st etiā aduertē-
dū q̄ **Bernardus** in li. de p̄cepto z disp̄-
satione ponit. q̄ nolle obedire/est resistere
sp̄sanctō. **B**losa etiā ordinaria leuitici. vij.
dic. q̄ simulata penitentiā/est blasphemā
sp̄sancti. **S**cisma etiā recte p̄tra sp̄sanctū
p̄mitti videt. nāq̄ p̄ eū ecclia vniū. **Q**ue-
tria non vident sub sex sp̄bz pcti in sp̄-
sanctū supra declaratis cōphēndi. **S**z q̄
bene cōsiderat p̄dicta tria sub ipsis spe-
ciebus effectualit̄ continētur z cōphēn-
dūtur. z ad ipsa reduci possunt. **V**trputa
nolle obedire p̄tinet z reducit ad obstina-
tōem. **S**ilatio penitētiē p̄tinet z reducit

ad ipenitentiā z sub ea cōtinet. **S**cisma p̄-
tinet z reducit ad inuidentia fraterne gra-
tie. v̄ quam gratiā membra ecclie vniū

Quare irremissibi-

le. **E**st eē notandū q̄ pctm̄ in sp̄sanctū
dicit cōiter irremissibile iuxta illud v̄bū
xpi. **Q**ui peccauerit in sp̄sanctū. nō remit-
tet ei in hoc seculo. neq̄ in futuro. **Q**d sic
p̄t intelligi. **E**t fm̄ oēs tres acceptōes pec-
cati in sp̄sanctū supra positas. **I**uxta enī
scdam̄ acceptōes q̄ est **Aug. claz.** ē q̄ fina-
lis ipenitentiā quā ponit pctm̄ i sp̄san-
ctū realit̄ est irremissibil. qz nullo mō re-
mittit. **Q**uo enī remitteret pctm̄ mortale
in q̄ vsq̄ ad mortē p̄seuerat. **N**ō enī hic i
hac vita cū de eo nulla penitentiā habitaz
facta sit. nec etiā in vita futura. vbi nullū
locū est misericordie. sed pure iusticie. vbi
etiā q̄s meritoze penitere nō p̄t. **S**cdm̄
āt alias duas acceptōes scz p̄mā z etiā di-
cit etiā pctm̄ i sp̄sanctū irremissibile. **N**ō
qz nullo mō remittit. sed q̄ntū est de se et
sui natura/hz meritū nō remissiois. mere-
turq̄ q̄ nō remittat. **E**t hoc dupl̄. **U**no
mō q̄ntū ad penam. **A**lio mō q̄ntū ad cul-
pā. **Q**uātū ei ad penā certū est. q̄ q̄ ex ig-
norātia vel infirmitate peccat minorē pe-
nā meref maiorēq̄ qdā mō excusatōes hz
v̄ ei pena minui debeat. q̄s ex certa ma-
licia peccat. **E**t grā exēpli. ad p̄positū v̄bi
xpi supra iuxta p̄mā acceptōes pcti in spi-
ritūsanctū allegari. **J**udei q̄ blasphemabāt
in xpm̄ tāq̄ filiū hoīs/vocādo eū voracē
vini potatorē z p̄blicanoz amatorē. ma-
iorē excusatōes h̄re poterāt. p̄pter infirmita-
tē carnis quā in ipō xpo aspiciēbāt. z sic
minorē circa hoc penā merebāt. iō dicti
sunt a xpo blasphemasse in filiū qd̄ remis-
sibile ē. **S**z qm̄ ip̄as diuinitatē q̄ etiā erat
in xpo blasphemabāt. curatoz. i. infirmita-
tū. eiectōes demonioz. illūiatōes cecoz.
z alioz opa miraculoz que sunt proprie
opa diuinitat̄. z nō nisi p̄ sp̄sanctū fieri
poterant. attribuēdo diabolo. nullā excu-
satōes hēbāt v̄n̄ pena eoz minui mereret.
Et iō tūc dicti sunt a xpo blasphemasse i
sp̄sanctū. **Q**d peccatū n̄ fuit ad lrā eis
remissum. neq̄ in hoc seculo neq̄ in futu-
ro. imo fm̄ expositōes **Arisot.** p̄ illo pctō
penā passi sunt z i p̄nti vita p̄ Romanos
z in futura vita ap̄d iseros. **Q**uātū āt ad
culpā d̄r peccatū i spiritūsanctū irremis-

sibile et ipsa dispositioe remittedi Sicut enim aliq̄s morbo corpalis fm sui naturaz incurabil' dicitur qm̄ in se h̄z illud p̄ qd tollunt ea et q̄b̄ morbo curari p̄t. v̄puta qz tollit virtutē nature vel inducit fastidiū cibi et medicine. licet de' sua gratia et miraculo possit illuz morbu curare. ita suo mō iste morbo spūalis q̄ pctm̄ in spm̄scm̄ dicitur fm suā naturā incurabilis et irremissibilis dicitur ex eo scz q̄ de sui natura excludit abij cit ab homine illa p̄ q̄ sit peccatorz remissio Non tñ p̄ter hoc intelligēda est oīno p̄clusa via sanatiois et remissiois. fm oīpo rētia et misericordiā dei. p̄ quā aliq̄n tles q̄si miraclose spūalit' sanāt. licz raro et difficult'. De nullo eteni q̄sdiu durat hec vita despandū ē. p̄siderata. s. oīpotētia et misericordiā dei. S̄z p̄siderata natura et cōditiōe pcti. aliq̄ filij diffidētie dicūt v̄t hētur p̄ aplm̄ ad eph. v̄. S̄ū t̄ alij alio mō istā irremissibilitatē pcti in spm̄scm̄ exponētes. s̄z effectualit' iuxta ea q̄ supra notata sunt. Notāt ei q̄ hoc nomē irremissibile tripliciter sumi p̄t. Uno mō negatiue scz q̄ nullo mō remitti p̄t. Et isto mō peccatū angeli et dānatorz irremissibile dicitur Alio mō p̄uatiue qd̄ scz ex se cōgruētiam nō h̄z q̄ remitti debeat. licz ex congruētia diuine bonitatz remitti possit Et hoc mō omne pctm̄ mortale irremissibile dicunt Tertio mō p̄rie q̄. s. ex se ipoztat' includit dispositioē p̄ria ad remissionē. Et h̄mō pctm̄ in spm̄scm̄ irremissibile dicunt. qz ipoztat' ex se et includit dispositioē p̄rian tē grē remittēti pctm̄. p̄ despatōz scz vel p̄sumptōez aut alias ei' spēs Et iuxta istū modū ponēdi capiūt etiā nūex seu sufficientiā sex specieez pcti in spm̄scm̄ supra enūerataz. hoc scz mō. In remissioē ei v̄t dicitur tria p̄currere h̄nt videlicz. ipe remittēs. ille cui remittit' et dispositio remittēdi in eo cui remittit'. In ipō remittente duo sunt. s. mīa et iusticia Cōtra p̄mū q̄z peccat' p̄ despatōez. s̄ scdm̄ p̄ p̄sumptioēz In eo cui remittit' duo eē p̄uenit scilz dolorē de p̄misso. et p̄positū v̄lterit' de nō p̄mittēdo. Cōtra p̄mū q̄z peccat' p̄ obstinatōez. Cōtra scōz p̄ finale ipenitētiā Dispositio p̄o remittēdi i eo cui remittit' duplex ē. s. cognitio veri. et amor boni Cōtra p̄mū q̄ rū peccat' p̄ ipugnatōz veritatz agnitōē Cōtra scōm p̄ inuidētā fraternē grē. Et accipit' hic final' ipenitētiā. put' i supioribz de

claratū ē. nō quidē put' ipoztat' p̄tinuatō nē in pctō vsqz in finē. nā sic in q̄libz peccato mortali p̄tingere p̄t. s̄z negatiue. put' scz dicit' seu ipoztat' p̄positū nō penitēdi Et isto mō ē spēs pcti in spm̄scm̄ Breuiter v̄t iā tactū est iste vltim' mod' ponēdi in effectū reincident' i ea q̄ sup' dicta et declarata sunt. Sed iō hic inferi placuit v̄t legentes cape possint qd̄ eis magis se debet et placebit.

De peccato actuali

li veniali. Et circa ipz in generali occurrēte p̄cedita igit' iuxta ice (lib. p̄tū hui' octauū tractat' p̄nt' libelli ordinē/ declaratōe duozū principalium mēbroz p̄rie diuisionis pcti supra tacte et posite/ scz pcti originis. et pcti actualis mortalis. Hunc de alio tertio mēbro p̄cipali eiusdē diuisionis. s. de pctō actuali veniali/ aliq̄ dicit' da veniūt. Et p̄rio qd̄ sit et v̄n dicat. Secūdo de diuers' ei' noībz seu appellatōibz. Tertio de aliquibz ipz' peccati effectibz.

Quid sit peccatum veniale et unde dicatur.

Peccatū veniale fm Aug. est q̄ licet penā mereat. nō tñ hoīem vsqz ad reatū p̄petue mort' grauat seu obligat. s̄z facile indulget. Pro q̄ ad maiorē declaratōez sciēdū est q̄ licet diffinitō Aug. in supioribz pctō mortali attributa. s. qd̄ est dictū vel factū vel cupitū s̄ legē dei seu legē eternā. pctō actuali in generali seu tāqz generi/ ab aliq̄bat tribuat. et sic fm eos possit etiā pctō veniali fm tñ maius et min' p̄petere seu p̄uenire: Scōz tñ b̄nūz Tho. p̄ria scōe sue summe. illa diffinitio sic supra pctō mortali attributa. mag' p̄rie ipz' pctō mortali cōuenit. Nā in eo est p̄fecta rō pcti. quā p̄rie dicta diffinitio ipoztat'. Nā v̄t d̄t idē doctor q̄ pctm̄ veniale dicat' pctm̄. hoc solū est fm ip̄fectā rōem pcti. imo in ordie ac respectu ad pctm̄ mortale p̄t eo mō peccatū veniale dici pctm̄ sicut accūs i ordie ac respectu ad subam d̄t ens. i. fm ip̄fectā rōem entis Pctm̄ enī veniale ex se nō fit seu p̄mittit' s̄ legē. Nā hō in q̄ntū venialiter peccās/ n̄ facit q̄ lex p̄hibz. nec p̄t' mittit' illd̄ ad qd̄ lex ex p̄cepto obligat. qz non peccaret venialiter sed mortaliter.

Prologus

Sed facit p̄ter legē. q̄. s. non obfuit mo-
dū rationis quē lex intēdit. Et ideo vt di-
cit idē b̄tus Tho. diuifio pcti in mortale
z veniale. non est diuifio generis in spēs.
que eq̄litr rationē ipfī generis p̄cipēt
fz folū est diuifio analogi in spēs. s. ratio-
nē generis fm̄ p̄us z p̄steri p̄cipātes.
Pro quo adhuc notādū q̄ duplex ē re-
gula hūanē volūtatīs. Una p̄pinq̄ q̄ est ip-
fa hūana rō. Alia est p̄ia regula scz lex et̄-
na q̄ est q̄si rō dei. Et p̄ p̄p̄tiōez ad istas
regulas sumit̄ z attēdit rectitudo volūta-
tis. z oīs mēfuratio cuiuscūq̄ act̄. que
talis d̄z esse. vt volūtas nō declinet a suis
extremis. s. a deo p̄cipio z a deo fine. Et
videlz oīa a deo se habere cognoscat et in
deū oīa referat. aq̄ rectitudie z cōmēfura-
tōe si diuertat in cōmēfurata z deordinā-
ta erit. Et ex hoc h̄z act̄ hūan̄ q̄ sit bon̄
vel mal̄. ex eo scz q̄ debitā h̄z cōmēfura-
tionē. vel ea caret. Et q̄ntopl̄ recedit ille
act̄ a debita cōmēfuratōe. tāto efficit̄ pe-
ior z deterior. Et hinc vt tractū est sumit̄
rō pcti mortalis z pcti venial̄ fm̄ scz d̄i-
uerfitatē inordinatōis q̄ cōplet rōem pec-
cati. Duplex ē inordinatio. Una p̄ sub-
tractōem p̄cipij z finis ord̄is scz dei. Et
hec inordinatio facit pctm̄ mortale. q̄n. s.
ania p̄ pctm̄ deordinat̄ vsq̄ ad auersionē
ab vltimo fine. q̄ etiā p̄cipij ord̄is est.
z cui p̄ caritatē vniri debem̄. Alia inordi-
natio est. q̄ saluato ipso p̄cipio z fine or-
dinis. fit inordinatio solū circa ea q̄ sunt
circa ipm̄ p̄cipij z finē. Et hec inordi-
natio facit solū pctm̄ veniale. q̄ tūc ania
non deordinat̄ p̄ pctm̄ vsq̄ ad auersionē
ab vltimo fine. q̄ vt iā dictū est etiā ip̄z p̄-
cipij ipfī ord̄is est. Et dat̄ ip̄e b̄tus Tho.
extm̄ de inordinatōe cōpletiōis q̄ p̄tingit
in aliq̄ animalī. Nā si illa inordinatio p̄ce-
dat vsq̄ destructōe z vitalis p̄cipij. tunc
seq̄tur mors. Si vero saluo p̄cipio vi-
tali. fit solū quedā inordinatio hūoz tūc
solū quedā est egritudo. **D**icit̄ at̄ pctm̄
veniale a venia. ex quo insurgit q̄ aliq̄ ra-
tionē hūi. imponētes dicunt. triplici p̄si-
deratōe seu respectu. aliq̄ pctm̄ dici ve-
niale. s. ex eūctū ex cā. ex genere. Et eūctū
quidē q̄ realit̄ veniā p̄secutū est. Et hinc
est q̄ dicit̄ Amb. q̄ om̄e pctm̄ intelligen-
do etiā de mortali. p̄ penitentiā fit veniale.
S̄z ista cōsideratio seu acceptio pcti ve-
nialis larga ē. nec p̄posito cepto b̄n̄ p̄ueni-

veniale d̄z d̄

ens. Et cā vero. q̄ illō pctm̄ licet forsan
ex suo esse mortale existat. h̄z t̄n̄ in se seu i-
portat aliq̄d v̄n veniā conseq̄ possit. non
quidē ex se simplr̄ s̄z ex q̄dā cā indirecta.
Quia scz h̄z in se seu iportat aliq̄d / suam
culpā diminuēs. vt sunt pctā q̄ infirmita-
te vel ignorātia cōmittunt̄ respectu eorū
q̄ cōmittunt̄ ex p̄ria malicia. Et ista ad-
huc cōsideratio seu acceptio non cōgruit
n̄ro p̄posito. Et genere at̄. q̄ illō pctm̄ de
se nō tollit ordinē ad vltimū finē. z sic nō
meret̄ penā eternā. S̄z q̄z aliq̄ā inordi-
natio ē obliq̄ratē a recta regula iportat
meret̄ penā sed tēpalē. vt iā satis supra ex-
positū est. **E**t fm̄ istā acceptōem / intel-
ligunt̄ ea que iā hic de pctō veniali tracta-
ta sunt z tractabūt̄. Nā fm̄ ip̄am p̄sidera-
tōem seu acceptiōez / distinguit̄ z diuidit̄
pctm̄ veniale p̄ pctm̄ mortale. dū cōit̄ di-
cit̄ q̄ pctōz actualiū / aliō est mortale ali-
ud veniale. **Q**ue differētia seu distinctio
inter pctm̄ mortale z veniale / sumit̄ ex ob-
iecto seu ex p̄re obiecti. Cū enī vt iā supra
aliq̄litr tractū est. volūtas peccātis fertur
in aliq̄d q̄d fm̄ se repugnat̄ caritati que ē
p̄cipij vite sp̄ualis. z p̄ quā homo or-
dinat̄ ad vltimū finē scz deū. tūc illō pec-
catū ex suo obiecto seu rōne sui obiecti h̄z
q̄ sit mortale ex genere siue sit p̄ deū dire-
cte. vt puta p̄ eius p̄riā dilectōz z honorē
vt sunt infidelitas. heres. blasphemia et
hm̄i. Siue sit p̄ deum indirecte. vt puta
cōtra dilectiōez p̄imi. quā vult z p̄cepit.
sicut homicidiū adulteriū. z filia. Cū ve-
ro volūtas peccātis fert̄ in id q̄d in se con-
tinet̄ q̄ndā inordinatōem. que t̄n̄ nō con-
trariat̄ dilectioni dei et p̄imi sicut sunt /
verbū ociosum risus sup̄flū. z alia hm̄i
tūc illud pctm̄ ex suo obiecto seu rōne sui
obiecti / nō h̄z q̄d sit mortale ex genere s̄z
solū veniale. Et hoc est idē in effectu. cū
illo q̄d cōit̄ d̄z q̄ pctm̄ mortale est libi-
do seu voluptas in creatura supra deū. i.
plusq̄ deo vel eq̄ vt deo. z veniale est cō-
placētia seu voluptas in creatura infray
citra deū. i. q̄ nō plus q̄ deo nec eq̄ sicut
deo. q̄ scz nō velle q̄s illi finalr̄ adhere-
re. vel p̄opt̄ illō deo displicere. aut scient̄
p̄cepta z mādāta q̄c̄z facere. **P**ro
āpliori isup̄ tā dicēdoz q̄ etiā iā dictoz.
z sp̄calitr sup̄raybi actū est q̄n̄ vicia capi-
talia mortalia z q̄n̄ venialia existāt. decla-
ratōe. est sciēdū. q̄ q̄ act̄ morales / n̄ solū

D

De pctō veniali

recipiūt rōem boni et mali ex obiecto seu rōne obiecti. sed etiā ex aliqua dispositōe seu intentōne agētis: quōs ptingit q̄ ille actus q̄ altas ex suo genere scz rōe sui obiecti/ ēēt pctm̄ veniale. ex pte dispositōis ipsius agētis efficiūt mortale. Vel qz ipse agēs in illo cōstituit suū finē vltimū. Vel qz illō ad aliqd̄ aliud ordiat qd̄ ex suo genere pctm̄ mortale existit. **U**tputa gr̄a ex emplī. Si iuxta supra tacta/ aliq̄s dedi/ lectōe alicui' boni p̄murabilis/ quā citra deū haberet/ intātū trāfirer. q̄ illi tali bo/ no cōmutabili/ tanq̄s ibi suū vltimū finē cōstitūēs adhereret. iā illō quod alias ex suo genere nō est/ nisi veniale pctm̄. ex ip/ sius agētis dispositōe seu intentōe fieret mortale. **V**el in alio exēplo met sup̄ po/ sito. vbi q̄s verbū ociosum qd̄ de suo ge/ nere nō est nisi veniale/ ordinaret ad adul/ teriū cōmittēdū. tūc verbū ociosum esset pctm̄ mortale. **E**t fm̄ hoc p̄rie hnt̄ intel/ ligi illi quatuor modi/ q̄bus pctm̄ venia/ le dō effici mortale. supra/ vbi de peccato mortali actū est/ specificari. **S**i etiam ex opposito contingere p̄t q̄ ille act' q̄ ali/ as ex suo genere scz rōne sui obiecti/ esset pctm̄ mortale. ex pte seu dispositōe agētis fit veniale. p̄rie hoc scz q̄ act' est ip̄fectus id est nō p̄fecte a rōe q̄ est primū actuum moraliū directiū seu regulatiū p̄inci/ piū/ deliberat'. **S**icut de subitis seu p̄i/ mis motib' infidelitatis vel blasphemie/ alijs exēplificari p̄sser. **V**el etiā iuxta in/ sup̄iorib' tacta de inuidiā. q̄ ex suo gene/ re/ rōneq' sui obiecti est pctm̄ mortale. cū sit dolor ⁊ displicētia de bono alteri' q̄ re/ cte cōtrariat' charitati. **S**i t̄m̄ in motu ip/ secto ⁊ nō plene a rōne deliberato p̄sistat. manet solū pctm̄ veniale. **E**t sic de pluri/ bus exēplificari p̄sser de q̄b' magis i lo/ co iā allegato. vbi q̄n̄ vicia capitalia. mor/ talia vel venialia existāt actū est. **Q**uācūq' autē tā in sup̄iorib' q̄ in seq̄ntib' vbi de pctō mortali ⁊ de pctō veniali agit/ addit hoc nomē actuale. cū t̄m̄ plura sunt pctā tam mortalia q̄ venialia. q̄ in non faciēdo seu omittēdo consistūt. q̄ cōiter pctā omisso/ nis appellan̄t. rō principalis fuit/ ad cla/ ri' denorandā d̄ram inter pctm̄ origina/ le. ⁊ pctm̄ nō originale qd̄ cōiter p̄ actua/ le ab originali distinguit. qz nō nisi actu ab extra vel ab actu qd̄ interiori volūta/ tis cōmittit. qd̄ nō sic est in pctō origina

li. vt fact' in sup̄iorib' declarātū est. **C**ir/ ca que pctā omissois q̄ntū ad p̄ntē mate/ riā spectat/ est aduertēdū qz omisso corū scz ad q̄ hō tenet. quia alias p̄rie nō esset omisso. aliq̄n̄ cōtingere p̄t/ ex sola inad/ uertētia seu obliuioe. vtp̄uta gr̄a exēpli **C**ū aliquis hora debita qua tenet ire ad eccliam/ obliuiscit ire. ⁊ talis omisso nul/ lū vel modicū est pctm̄. qz iā extra actū vo/ lūtat' est. **A**dhuc si illa obliuio ex aliqua alia causa vel occasione. sine p̄p̄nq' siue re/ mota p̄cedente. circa quā hō p̄uidere po/ terat ⁊ debebat/ cōtingeret/ esset mai' pec/ catū circa illa/ q̄s circa ipam omissoē in/ se. Aliq̄n̄ vero cōtingere p̄t omisso ex ali/ quib' alijs caus' seu occasionib' q̄ t̄m̄ non sunt in p̄tate hoīs. vtp̄uta in exēplo iam/ cepto. **S**i aliq̄s p̄pter granē infirmitatē/ vel alias contra suā voluntatē derent' seu impedit' nō iret ad eccliam hora q̄ tenet ⁊ tūc ipsa omisso nō h̄z rōem pcti. in mo/ nec p̄rie in isto casu d̄z dici omisso. **A**li/ q̄n̄ autē cōtingere p̄t omisso ex caus' vel occasionib'. que subiact' volūtat' hoīs. ⁊ tūc omisso habet rōem peccati. **Q**uia tūc semper oportz qz illa causa seu occasio in/ q̄ntū est voluntaria/ habeat aliq̄n̄ ad mi/ nus interiorē actū voluntatis. qd̄ potest cōtingere seu cōsiderari dupl'r. **U**no mō/ dō q̄n̄ illē act' interior voluntatis directe fert' in ipam omissoē. vtp̄uta in exēplo iam/ tacto. Aliq̄s hora debita q̄ tenet/ omittit ire ad eccliam/ solū qz vult nō ire v̄t̄s la/ bore vel h̄mōi. ⁊ tūc talis actus volūtat' p̄rie ⁊ de p̄ se p̄tinet ad omissoē. **V**olun/ tas etenim cuiuslibet pcti. p̄rie ⁊ de p̄ se ad illud pctm̄ p̄tinz. eo qz volūtat' est de rō/ ne pcti. intātū vt dicat Aug. peccatū a deo volūtat' esse. qz si nō sit volūtat' pctm̄ nō est. **A**lio modo cōtingere seu cōsidera/ ri p̄t q̄n̄ scz ille act' volūtat' n̄ fert' directē i ipam omissoē. s̄z fert' in aliqd̄ aliō p̄ qd̄ p̄tingit omisso illi' ad qd̄ q̄s tenet. **E**t iste vocat' act' exterior ⁊ de p̄ acc̄s. **Q**d̄ iterū dupl'r considerari p̄t. **Q**uia vel illō in qd̄ sic fert' ipsa volūtas/ est ipsi omissoi cō/ iunctū. vtp̄uta p̄tinuādo exēplū iā ceptū. **A**liq̄s omittit ire ad eccliam hora debita q̄ tenet quia tūc vult ludere vel bibere. et ludit vel bibit. certū est qz ille act' ludēdi vel bibēdi illa hora. est actus cōiunct' illi omissoi. **V**el illud in qd̄ voluntas fert' nō est ipsi omissoi p̄iunctū. s̄z est p̄cedēs

et remotū/vtputa Aliquis vult diu vigi-
lare de sero ⁊ vigilat/ ex quo contingit qd
omittit ire ad ecclesiā hora matutinarū.
certū est qd ipse actus vigilandi de sero/ nō
est cōiunct⁹ ipsi omissioni. Et qd p̄t qd
licet ipa pctā omissionis de se et simplr
p̄siderata/ possint esse absq; aliquo actu
ab extra. respectu tñ actū tā interior⁹ ip-
sius volūtat⁹ ⁊ de se/ q̄ exterior⁹ ⁊ de p̄
accōis nō sunt sine aliquo actu. Et exin/
de actualia dici p̄nt. Per iam hic tacta p̄t
quicq; apud se p̄cedere/ qñ pctā omisso/
nis sunt mortalia vel venialia. vel grātia
vel leuia. p̄sideratis scz obligatōe q̄ quis
ad aliqd faciendū tenet. et necessitate vel
utilitate illius ad qd sic tenet. et caus⁹ seu
occasionib; ex quibus omisso contingit

De natura primo/ rum motū ⁊ quando peccata existant.

Quia vero omne pctm̄ actuale
siue mortale siue veniale/ cōiter
a primis motib; ortū habet. im-
mo ipsi primi motus int̄ pctā
venialia cōputant. In omni enī tentatōe
est cōiter iste successus. qd p̄rio insurgit p̄-
mus mot⁹. que seq̄r delectatio. ⁊ exin con-
sensus. Ordo enī tentatōis hic cōiter est
qd p̄tria successiue in pctm̄ inducimur. s.
suggestiōe. delectatōe. p̄sensu. ira qd p̄ sug-
gestiōe que siue ab extra. vt a diabolo ⁊
mūdo. cuiusmodi tentatio nō est pctm̄ s; z
materia exercēde virtutis. siue ab itra vt a
fomite. qd nobis inest/ p̄cedat/ excitat p̄-
mus mot⁹. ⁊ ibi tentatio inchoat. p̄ dele-
ctatōe p̄gredit. ⁊ p̄ p̄sensum p̄summat. qd
tñ p̄summatō intelligat de p̄sensu in actū
nā aliq̄e est rep̄ire p̄sensum in delectatō-
nē/ in quo licz p̄sistat pctm̄. nō tñ ibi pro-
prie d̄r tentatio p̄summati. vt lat⁹ infra de
clarabit. Ideo p̄ clariori intellectu tā iam
dictorū q̄ etiā dicendorū (venit aliqd de
ipsis p̄mis motib; delectatōe ⁊ p̄sensu/ in
generalit̄ tagendū. Pro quo sciendū qd
anima sensibilis duplicē habet potentia
Unā apprehensiuā. aliā motiuā. Appre-
hensiuā itez diuidit in apprehensiuā de
foris. ⁊ in apprehensiuā de intus seu ab in-
tra. Vires apprehensiuē de foris seu ab
extra sunt quinq; sensus p̄culares siue
exterior⁹. s. visus auditus. gustus. odo-
ratus tactus. Et sunt vires apprehensiuē
passiuē. qz sensatio fit in ipsis sensib; ab

intra suscipiēdo ⁊ nō ab extra mittendo.
Et sunt isti sensus/ solū p̄ceptibiles reſi
singulariū. ⁊ nō vniuersaliū. Et hñt oēs
vnam originē/ a sensu cōi. a quo veluti li-
nea a centro exiūt. Et ad causandū in eis
debitā sensificatōem/ quatuor oportet cō-
currere. s. obiectū p̄ns. mediū deferens. et
dispositū organū cōueniēs ⁊ sanū. ⁊ actu-
alem aīe intentōem Et in multis cōueni-
unt ⁊ differūt adinuicē. qd pro materia p̄-
senti nō est necessariū exp̄mere. Vires
autē apprehensiuē ab intus/ sunt quinq; po-
tētiē interior⁹ anie sensibilis. qd sunt sen-
sus cōis. imaginatio. estimatio. fantasia.
⁊ memoria. Et sunt etiā oēs iste quinq; po-
tētiē passiuē. quia ab int⁹ suscipiēdo app̄-
hendūt ⁊ patiunt a formis rez singulari-
um. Et sunt etiā circa p̄claria tñ Et
est sensus cōis potētiā que oīm sensuum
p̄culariū obiecta apprehēdit. Nam aliū
sensus similitudines suoz sensatoz ad
sensum cōez reducūt. quo mediāte. de sin-
gulorū p̄prietatib; iudicāt ⁊ discernūt.
Quia fin iudiciū sensus cōis/ apprehen-
dim⁹ nos videre qñ videm⁹. ⁊ audire qñ
audim⁹. ⁊ sic de alijs. Virtus autē ima-
ginatiua/ est potētiā app̄hensiuā. in qd ima-
ginatōnes rez sensibilū reseruat. Ista
virt⁹ plus abstrahit q̄ sensus. qm̄ sensus
non accipit formā rei nisi ipsa re p̄hite. Im-
aginatio vero formam rei reseruat. re-
etiā ipa absente Et in h̄ differt a sensu cōi
qz sensus cōis indiget p̄ntia rei exterior⁹
sicut sensus p̄cularis. imaginatio vō nō
Ista virt⁹ vocat̄ r̄baur⁹ formaz. qm̄ sic
dictū est dictū est forme rez a p̄cularib;
sensib; recepte in ea retinet ⁊ seruat. Et
de istis duab; potētijs sufficiāt que dicta
sunt summati/ p̄ intellectu dicendorū ter-
gisse. Qui ampliora ⁊ etiā de alijs tribus
potētijs q̄sient/ ad philosophū recurrat.

De vi sensibili mo-

Quia spiritualiter.
Is sensibilis motiuā/ q̄ndocq;
mouet sp̄ualr. qñ ⁊ corpāl. Quā
mouet sp̄ualr/ d̄r appetitiua. qd
etiā dupl. mouet. s. aut diligēdo aut odie-
do. Iura qd diuidit in cōcupiscibilē. ⁊ in-
irascibilē. p̄ q̄s aīa appetit bonū vel isur-
git cōtra malū. Et exin oriunt̄ quatuor affe-
ctōnes. s. gaudiū spes dolor. timor. De
sensualitate. Sensualitas etiā est vis aīe

sensibilis motiua. ⁊ ad idē mouet ad qđ
vis cōcupiscibilis ⁊ irascibilis. s; ab eis
differt. Prio q; sp appetit q̄ delectabi
lia sunt corpi. ⁊ q̄ ei nociua sunt refugit.
Concupiscibilis vero ⁊ irascibilis bene
versant; mouēt. etiā circa bonū vel malū
nō delectabile nec nociuū corpi. Secun
do q; sensualitas/magis corpi cōiungit.
est; magis ad carnem dep̄ssa Et sicut in
brutis ita in hoīe/suo pprio motu mouēt
nec aliq̄ lege stringit. quin sp in appetitu
reꝝ ad corp' p̄inētū/moueat f̄obilius
tū est in hoīe q̄ in brutis q; in hoīe ei cō
uenit aliq̄liter subiecta esse ⁊ obediētē vo
luntati ⁊ rōni. Sed cōcupiscibilis ⁊ ira
scibilis/cōiungit rōni. ⁊ p̄t sunt in ho
minerōne frenant ac regūt virtutib; q̄ in
ipsis fundat. vt t̄pantia q̄ est in cōcupisci
bili. ⁊ fortitudie q̄ est in irascibili. **V**is
sensibilis motiua/mouēt corpalit. diui
dit in virtutē naturalē. in vitalē. in aīales
Prima sc; naturalis motiua est humor
mediātib; arterijs q̄ radicāt in epate. ⁊
hoc p̄ spm̄ naturalē. Secda sc; vitalis/est
motiua pulsū mediātib; arterijs. q̄ radi
cant in corde. ⁊ hoc p̄ spm̄ vitalē. Tertia
scil; aīalis est motiua mēbroꝝ mediātib;
neruis. q̄ radicant in capite. ⁊ hoc p̄ spm̄
aīalē. Et fm̄ istoꝝ diuersitatē vt videt di
cit sp̄s naturalis vitalis. ⁊ aīalis. qui tū
vn' ⁊ idē est i suba. lic; fm̄ cōpatōez dicto
rum motuū/diuersificet in ratione.

De aliquibus po

tentis animerationalis.
Et insup sciendū q; quātū ad
p̄ntem materiā spectat ⁊ suffi
cit/potētie aīerōnalis fm̄ ph;3
principalit̄ seu primaria diuisione diuidū
tur in cognitūā quā theologi intellectū
vocant. ⁊ i motūā quā theologi affectū
noīant. Tūc enī potētia aīe/intellect' d;/
qñ est apprehēsiua. Et volūtas d; qñ est
motiua. **I**ntēsciendū q; aīa q̄sdā vires
h;3/sepatas a corpe. ⁊ fm̄ q̄s nō innititur
corpi. lic; eis vtat vtētē corpe. vt sunt vel
le ⁊ intelligere. Quas dā vero h;3 inseparabi
les a corpe maxime respectu hoīs q̄ntum
ad opatōem. q; sc; aīa extra corpus/ eaz
opatōem exercere nō p̄ryt sunt vires sen
sibiles de q̄b; supra. Hab;3 etiā aliq̄s quo
ad se dūtarat vt sunt rō. volūtas. libez ar
bitriū. Aliq̄s vero h;3 q̄b; cōpi p̄misces.


vt sunt vis naturalis. vitalis. ⁊ aīalis. de
quibus supra tactum est.

Vis motiue ani

me rationalis diuiditur.
Et insup sciendū. q; vis moti
ua aīerōnalis/diuidit p̄ impa
tiua/in consiliatricē/in affecti
uā ⁊ in cōsiliatricē ⁊ affectiua sil. Prima
est libez arbitriū ⁊ sinderis. scda est rō.
tertia est volūtas. q̄ta d; ipse intellectus
practicus. De tribus primis solū exigit
materia p̄sēns facere mentionē

De libero arbitrio

Libez arbitriū fm̄ Augu. d; fa
cultas rōis ⁊ volūtat. q̄ eligi
tur bonū gratia exāter malum
gratia desistēte. In q̄ diffinitō
ne/ponit rō vt cōsiliari'. ⁊ volūtas vt im
pans. Rō enī dicit aliqd eē bonū vel ma
lū. ⁊ volūtas facere vel nō facere ipat. Et
q̄ etiā diffinitōe ac etiā ipsa liberi arbitriū
denoiatōe/claz est q; libez arbitriū/ rōez
⁊ volūtatē cōphēdit. Arbitriū est ipsi'
rōis. libertas at est ipsi' volūtat. **E**t
tū circa hoc aduertendū q; libez arbitriū
duplicit̄ considerari p̄t. Uno mō simplr
fm̄ se ⁊ suā eēntiā. ⁊ tūc libez arbitriū/ni
hil addit supra rōem ⁊ volūtatē. Et isto
mō cōsiderādo/nō pp̄ie sibi cōpeteret dif
finitio supra posita. nec pp̄ie tūc deberet
dici vis aīerōnalis ipatiua. Alio mō pōt
cōsiderari fm̄ qđ ⁊ fm̄ qñdā relatiōem. et
tūc aliq̄ mō addit vltra rōem ⁊ volūtatē
nō qđē q; in rōe ⁊ volūtatē ponat aliquā
nouā qlitatē esse. s; solū qñdā liberā ⁊ na
turalē aptitudinē ⁊ facultatē concurrētē
rōis ⁊ volūtat. ad aliqū actū. ⁊ tūc p̄
p̄ie sibi cōpēnt diffinitio p̄dicta. q; sc; ē
facultas siue p̄sensus volūtat. ⁊ rōis.
Et ipoztat seu dicit illa facultas/qđdam
dominiū ad aliqd disponendū ⁊ faciēdū
qđ nō est rōis tūc nec volūtat. nisi
alia cōcomitāte ⁊ cōtradictēte. Sicut per
qđdam exēplū. ex cōcursu virtutis man'
⁊ virtutis oculi/resultat potestas scribē
di. ad qđ tū altera ipaz virtutū p̄ se nō suf
ficeret. Sic et cōcursu rōis ⁊ volūtat./re
sultat qđā libertas/ siue quoddā dñiūm
ad aliqd disponēdū ⁊ faciēdū. ad qđ alte
ra ipaz p̄ se nō sufficeret. Et istud prope
dicitur libez arbitriū. ⁊ tunc pp̄ie d; vis



motiua aierationalis impatiua

De sinderisi quid

Sinderisi/ est vis motiua seu potētia naturalis aierational/ que sp nara est figi in supiori/ bus/ naturalit' mouēs z stimu/ lans ad bonū z abhorrēs malū. z in istis nunq̄s est errās. nec fm sinderisim est pec/ care. Et dicit aliq̄ sinderisim eē sciaz vel conscie iudiciū. Et dicit etiā vis impati/ ua qz sp de se ipat z inclinat ad bonū.

De rōne quid est

Ratio dicit ipsavis motiua aie/ rōnalis p̄siliariet discernit cō/ serēdo int' bonū z malū. z inter/ bonū z meli'. cōpando scz nū/ ad alre. Et dicit simul cognitiua z motiua. Cū eni indicat aliqd eē bonū vel malū z ibi sistit. tūc dicit cognitiua. Si vero vl/ teri' pcedat iudicādo aliqd bonū vt scz h/ at. vl' malū vt euitet/ tūc dicit motiua. Si vero adhuc ampli' pcedat z nō solū indi/ cat aliqd eē bonū vt fiat. s3 cū hoc etiā il/ lud fieri appetat. tūc iā trāsit in libez ar/ bitriū/ qd cōprehēdit rōem z volūtate. vt supra dictū est. **De vis aie.** s. rō diuidi/ tur in prē supiorē z in prē inferiorē. Pars supior/ cōiter rō supior/ noiā. Et ps infe/ rior/ rō inferior/. Et licz iste due pres idem sint in re z eētia. diuersificant tū fm rōz suaz opationū seu officioz ac etiā suarū dispositionū. sicut diceret de eodē oculo nūc sursum nūc deorsuz aspiciēte. **Supi/ or/ eni ps rōis seu supior/ rō diuinis z eter/ nis intēdit. inferior/ vero de trāsitorijs iu/ dicat z ea disponit. Itē supior/ ps rōis in/ nitit' z rōcinat p leges seu p rōes diuinās z eternas. vtputa hoc est faciēdū vel nō fa/ ciēdū qz de' p̄cipit vel phibet. Nec h3 mo/ tū circa res trāsitorias z tpales/ nisi inq̄n/ tū ad eas p modū p̄silij rōes eternas z di/ uinas deducit. Inferior/ vero ps innitit' z rōcinat p leges z rōnes hūanas. vtputa/ tale qd faciēdū est vel nō faciēdū. qz bo/ nestū vel inhonestū est. Vel qz rei publi/ ce expedit vel nō expedit. Itē supior/ ps re/ git z hinc vocat' supior/ inferior/ vero regi/ tur z hinc vocat' inferior/. **Sup ps p̄pat/ hoi ade. z sibi cōiter attribuit' p̄sensus. qz dū rō ad supiora p̄uertit/ purgat z illūia/ tur. dūqz rōes etnas cōspicit/ in bono for/****

tificat' z vigorat' Inferior/ vo ps p̄pat' mu/ lieri eue. qz dū rō ad bec inferiora p̄uertit/ z circa res corpales versat'. iā p sensualita/ tē cui p̄iūcta est/ molliri incipit z sepe ab eis allicit' z trahit'. Videt enim sibi sp po/ mū porrigi. i. illecebrā/ q̄ est carnalis con/ cupiscentia z delectatio/ vicinam habet.

De voluntate et

Quadam eius diuisione. **Voluntas** dicit vis affectiua mo/ tiua. imo int' motiuas p̄cipua. cū sit generalis motrix oim vi/ riū. Cū eni intellect' apphendit aliqd vt bonū/ vel vt pueniēs. volūtas viribz affi/ cis ipsis organis sensuū/ impat. sicut est visui ad videndū. auditui ad audiēdū. et sic de alijs sensibz. **Silr** in motu locali vo/ lūtas impat' p̄tuti aiali motiue mēbroz. z p̄tuti q̄ est in neruis. z ita mouet ad am/ bulādū z currēdū z hmoi silia. **Int' po/ tētiās aie** nulla est liberior. qz nec obliga/ tur organo. nec cogit' obiecto p̄ter qd di/ cit' Aug. qz nihil adeo in nra prāte est/ sic volūtas. Et diuidit' in volūtate natura/ lē z in deliberatiuā. **Pria** scz naturalis di/ rigit' p sinderisim. **Scda** vero. s. delibera/ tiua dirig' p rōem. Et sunt idē in eētia sed differūt in modo appetēdi seu volēdi. **Naturalis** ei sp inclināt z instigat ad bo/ nū honestū. z remurmurat' malū. qz cuz p sinderisim dirigat. immutabilr appeti/ tus ei' ad b̄titudinē inānat'. **Delibera/ tiua** vo p rōis deliberatōez/ aliq̄n adhe/ ret bono aliq̄n malo. z put appetit facere hoc vel illd/ dicit' deliberatiua. Et fm iudi/ ciū rōis p quā dirig' p̄t ad malū incliari qz sepe p̄tigit' rōez in deliberādo deficere

An primi mot' sint

Ipeccata z que. **Stis** sic p̄suppositis vidēdū nunc/ occurrit de ipsis p̄mis motibz an. s. sint pctāz que. **Qd** in effectu est q̄re/ re. an in sensualitate possit esse pctā. cuz ipsa sensualitas hmoi motuū p̄cipiū sit z subiectū. **Circa** qd varij sunt modi dicē/ di. sed q̄ntū ad hūc tractatū sufficit/ tāget' cōior/ Pro cui' declaratiōe est adhuc vltra/ supi' notata sciēdū. qz sensualitas in hoc/ pposito duplr' p̄siderari p̄t. **Ano** mō in se/ et simplr. z isto mō sensualitas in furiof' z infantibz sicut z in alijs hoibz eē dicit' im/

Et hinc ad d

mo isto modo considerando in ea (ut dicit Aug. ut supra tactum est) cum brutis concipiamus. Et isto modo accipiendo in sensualitate nullo modo precepe peccati. Alio modo precepe sensualitas considerari non ita simpliciter. sed quodammodo respectuive putat scilicet est quodammodo ad rationem ordinabilis et ab ea persuasibilis. Et isto modo considerando. quoniam pertinet ad sensualitatem ad illicitum moveri et sic quodammodo a regula iusticie deordinari. talis est deordinatio habet rationem peccati. in quantum in peccatum dicitur et ipse dicitur quodammodo rationem vicij quodammodo deordinatio est quod precepe esse via ad opus prohibitu et vitupio dignu. Non in in quantum peccatum dicitur culpa. quod actus viciosus/ea sola ratione dicitur culpa que est a voluntate. Et iuxta hunc duplicem modum considerandi verificat illud quod a nonnullis dicitur. quod est aliud quod actus prius sensualitatis simpliciter considerate que non est peccatum actus sensualitatis in quantum humana. Est etiam sciendum quod ut ex supra tactis satis elici potest triplex in anima quantum ad hanc materiam spectat/repitur esse motus seu appetitus. scilicet naturalis. sensitivus. rationalis. Motus autem appetitus hic accipitur/nihil aliud est quam appetitus inclinatio in aliquid. et ideo illis ante viribus seu potentibus quibus inclinatio non convenit non attribuitur proprie motus. Inclinatio autem est in appetitu que movet in aliquid agendum vel habendum. et ideo actus appetitivus virtutis. appetitus motus proprie vocatur. non autem actus virtutis appetitivus suavitatis. Motus seu appetitus naturalis est que non imaginatio gignit seu causat. sed ipsa qualitas naturalis dispositio quibus naturales anime vires/suas actus exercet. Occurrit iste motus repetere quasi subito. ut esse dare etiam in repetino motu seu appetitu cibi. vel alteri delectabilis. Dicitur motus in nullo rationi subiacet. nec obedit. sed nec voluntas super eo quod dicitur habet dominium. cum naturalis sit. et sit extra genus moris seu morale. et ideo nec in eo peccatum esse potest. Et licet effectualiter in sensualitate sit/prio modo considerata. non tamen contra notatur motus sensualitatis. sed motus naturalis ex eo quod ut tactum est ad naturalium qualitatum actionem consequitur. Et vocatur iste motus ab aliquo prio primo motus. Motus autem seu appetitus sensitivus est que ex precedenti imaginatio vel precedenti motu naturali consequitur. et vocatur iste motus secundo primo. quod est ille motus que prio primo motu naturali de quod dicitur supra/insurgit seu occurrit. Et attribuitur iste motus sensualitati secundo modo considerate. in quantum. scilicet humana et ad rationem

ordinabilis. Et isto modo sumendo sic describitur. primo motus est motus sensualitatis secundum impulsu fomitis. tendens impetuosse ad fruitionem creature delectabilis. Huiusmodi primo motus sensualitatis quodammodo in natura precepe sunt. et quodammodo non. Si enim quilibet eorum singillatim consideret. sic in precepe nota sunt. quod quilibet eorum possumus providendo declinare et impedire ne insurgat. Si autem omnes simul considerentur. non sunt in precepe nota. quod licet impedire possumus ne iste vel ille insurgat. non est tamen in precepe nota facere quod aliquid insurgat. immo dum vni obviare nitimur. ex altera parte precepe alio motus surrepe. Non enim potest esse simul intentio voluntatis retinens se diversa in actu. Ut dicitur per exemplum de navita qui singula foramina sue navis obstruere potest ne per illa aqua intret. Sed non potest omnia simul obstruere ut aqua nusquam intret. Et ratio est quod huiusmodi primo motus sensualitatis sicut sunt peccata. ita sunt pena peccati. scilicet originalis. et ideo merito dicitur venialia. quod hoc ipso venia digna sunt. De tertio motu seu appetitu scilicet rationali dicitur infra. ubi de delectatione et sensu tractetur. Est in super notandum. quod triplex in respectu ad ipsam voluntatem reperitur divina actuum. et intellige siue interior siue exterior. ut esse motus interiores comprehendatur. Alii ei sunt super quibus ipsa voluntas nullum habet dominium. neque completum neque incompletum. immo quatenus eos singillatim considerando. nullo modo sunt in precepe nota. ut sunt actus voluntatis non solum non imperat. sed nec impedire aut reprimere potest. ut sunt primo motus naturales. de quibus supra. Et in talibus nullum est peccatum. nec veniale. nec mortale. Et ratio est. quod nullus actus ponitur in genere moris seu morales. nisi habita consideratione ad voluntatem que est principium omnium actuum moralium. Et hinc est quod ibi dicitur genus moris incipere. ubi primo dominium voluntatis invenitur. Alii sunt actus in quibus voluntas dominium quoddammodo habet. non quidem completum et perfectum sed incompletum et imperfectum. ut sunt actus que non per imperium ipsius rationis procedunt. sed tamen potest eos voluntas si voluerit impedire et reprimere. non quidem ne insurgant. sed ne ulterius usque scilicet ad delectationem et consensum procedant. quales sunt actus qui procedunt apprehensionem rationis. Et istorum actuum dicitur voluntas cum non quidem de se. quod non impat. sed de peccati

dens. qz non impedit cū impedire possit
 Et isto modo dicitur volūtas causa primo
 rī motū. Et in talibus si deordinatō cō
 tingat. rōem pcti habet. nō qdem peccati
 pfecti z cōpleti. vt est pctm mortale. s; tā
 tum incōpleti z impfecti qle est pctm ve
 niale. **A**lii sunt acti in quib; volūtas
 cōpletur z plenū habet dominiū. vt sunt
 actus q; ex ei' impio. pcedūt. z q; non solū
 apprehensionē. sed etiā deliberatōem rōis
 sequūt. Et in istis cōsistūt actus virtutis
 vel peccati mortalis. nisi ex electōe proce
 dar. Electio at nō nisi ex impio volūtas
 pcedit. Et ideo nō pōt esse virt' vel pctm
 mortale. nisi in illis actib; q; ex impio vo
 lūtas pcedūt. Et hmoi actū dicitur volū
 tas eē causa de se z simplr. q; vt tactū est
 ipsos impat. Et de istis actib; latior in se
 quētib; venit faciendus sermo. Et fm hāc
 distinctiōez intelligit accipi debz dū scri
 ptū reperitur q; omne pctm est in voluntate.
 nō enī est intelligendū q; sit in voluntate
 tanq; in subiecto. sed tanq; in causa vt ta
 ctū est de se z simplr. vel de p; accōis. **E**t
 pcedētib; clare ligere pōt q; pmi motus
 seu motus sensualitatis pctā sunt. z que.
Dotus enī seu appetit' naturalis. q;
 dicit' p;io primus. nullo mō est pctm. qz
 vt satis supra declaratū est. volūtas nul
 lū sup eū dominiū habet. neq; cōpletum
 neq; incōpletū. nec est i; p;ate nra. **D**o
 tus seu appetitus sensitiv' q; scōo p; m' dōz
 z p;rie sensualitati attribuit. cū talis mo
 tus vt tactū est. ipsa sensualitas sit p;ici
 piū z subiectū. pctm est s; veniale. Pctm
 quidē tū. ppter qndā inordinatōez quan
 dāq; delectatōez annexā q; in eo est. tū qz
 quodā mō volūtari' est. nō quidē fm se. s;
 qz a volūtate q; sup eo dominiū licet incō
 pletū habz. z q; sp; fm iudiciū rōis moue
 ri debz. ipm dū pntit. nō statī repmit. **V**t
 scz inq;ntū pōt impediēdo. vel nō cōsenti
 re deliberādo. vel cogitationē in aliud di
 uertendo. Veniale qdē. qz illō dominiū
 qd sic sup hmoi primū sensualitatis mo
 tū ipsa volūtas hz. nō est dominiū cōple
 tū. nec est in ei' plenaria p;ate. illō ad qd
 sic ille motus seu appetitus sensualitatis
 inclināt. a se statī abijcere. et ideo i; eo nul
 la potest esse rō pcti mortalis. sed solū ve
 nialis. **A**liā rōem quare in sensualita
 te mō quo supra cōsiderata. pōt esse pctm.
 sed nō mortale assignāt aliq;. q; licet in effe

ctu in idē cū supra tacta redire videat' ad
 maiorē tamē declaratōem. z qz frequēter
 diuersi intellectus diuersis rōnib; mouē
 tur. visa est non debere omitti. Et est ista.
 qz aliter viciat' z deordinat mortale pecca
 tū. z aliter veniale. Mortale enī viciat' et
 deordinat deordinatōe pfectar' z summa
 ta. respectu finis vltimi. que deordinatō
 consistit in auersione ab ipso vltimo fine
 qui est de'. ac eius cōtēptu cū deliberatō
 consensu. que oīa solū sunt rōis. cū vt se
 pe in superiorib; dictū est. sit act' huma
 nos regulare. z in finem vltimū dirigere
 Deordinatio vero peccati venialis. non
 est deordinatio pfectar' cōsummata s; so
 lū inchoata. nō enī hz pcti deordinatō in
 potentia inferiori cōsummati sed solū in
 choari z in potētia superiori fit cōsumma
 tio. Et hinc est q; in rōne que est potētia
 superior' p;istit peccatū mortale. In sen
 sualitate vero q; est potētia inferior'. nō cō
 sistit nisi veniale. **E**t intelligant' predi
 cta etiā de p;mis motib; actū p;hibitoz
 quoz scz delectatio z cōsensus. z a forno
 ri act' exterior' de suo genere sunt aut esse
 possunt pctā mortalia. Nam de alijs. q; z
 delectatio cōsensus z actus. de suo genere
 nō sunt nec esse pnt nisi pctā venialia. ri
 diculū esset q; rere. z nō bene samū dicere z
 ponere. eozū primos mot' que in sensua
 litate sunt. peccata mortalia esse. **E**t q;
 bus omib; liquet q; licet ipse prim' mo
 tus sensualitatis. nō hēat rationē mor
 talis peccati. pōt tū ad pctm mortale p;ur
 rere. immo vir sine eo pōt pctm mortale
 p;mitti. Licet aliq; aliq; dicit'ere ausi sunt. disti
 guētes circa hoc duo genera pctōz. s; spi
 ritualia. q; rū aliq; p;rigere dicūt circa obie
 ctū apphēsū a sensualitate. z a talib; rōz
 inferiorē sine sensualitate nō peccare. vt ex
 emplificāt i; odō felicitat' aliene i; se. Aliq;
 dō p;rigere dicūt. nō circa obiectū a sensua
 litate apphēsū. z i; talib; rōez inferiorē si
 ne sensualitate peccare pōt. vt in debita
 curiositate scie. **A**rnalia at sp; dicūt circa
 obiectū sensualitatis cōrigere. z iō in his
 rationē inferiorē nūq; sine sensualitate pec
 care. **S**z q; hū radice z originē cuiuslibet
 pcti inuestigare voluerit. reperiet nullū eē
 pctm. i; q; ipi' sensualitatis. mot' nō cōcurrat
 imo qn i; eo. p;inā vel remote. **D**e
 to at cōiter assignāt rōes seu cause. q;re hō
 p;rior est. p;cluior ad malū q; ad bonū

Prima causa est. qz vt dicit sapiēs cor-
pus qd corrupit/ aggrauat aiaz. cā. f. tra-
bens ad malū. z nō sic erigēs ad bonū.
Scōda cā est qz vt dicit Augu. plus valet
malū inolitū qz bonū insolitū. qd sic ex-
poni p̄t. Plus valet. i. fortius est ad mo-
uendū scz attrahendū malū inolitū id ē
naturalē innatū. qz bonū insolitū. i. non
cōsuetū. **T**ertia causa est. qz naturalē fa-
cilius est descendere qz ascendere. imo ma-
gis trahit vni deorsum qz decem sursum.
Quarta causa est. qz cōter ea q nos ad
malū incitāt inducūt. nobis p̄ntia sunt
Finis vero z p̄miū virtutis nobis absens
est. **Q**uinta causa est. qz plures circum-
stātie ad bonū actū req̄runt/ qz ad malū.
immo bonū fit nisi ex cōcursu oim circū-
stantiaz ad illd debitaz. malū p̄o cōtin-
git ex defectu vni. **S**exta causa est. qz
cōtinue ad nostz p̄ncipiū scz ad nihilū
tendim. **S**eptia causa est. qz fomes q
nos ad malū mouet z p̄nos facit/ sp̄tra nos.
gloria vero quā q̄rim. **O**ctaua causa est. qz vires anie ad dili-
gendū ipalia/ sunt actiue. ad ea vero que
sunt grē z glorie sunt quodāmodo materia-
les z passiue. Virtutes etenim p̄ modū ad-
quisitiōis haberi nō p̄nt. sed solū p̄ modū
receptionis. quia malū ex nobis ipsis et
per nos facere possumus. Bonū vero fa-
cere nō nisi grā dei adiutrice valeamus.

De natura delecta-

tionis z an sit peccatū z quod.
Expeditis bis q̄ circa p̄ios mo-
tus sensualitatis dicēda occur-
rebāt. venit aliqd de delectatō-
ne tangendū. an scz sit peccatū z qd. Pro q̄
intelligēdo expediēs est aliqs ex multis/ et
varijs delectationū diuisionibz/ sp̄bz. q̄
p̄ nōnullos assignari solēt q̄ntū ad p̄ntē
materiā sufficit/ declarare. **U**na igitur
inter ceteras diuasio ponit. q̄ delectatio-
nū/ aliq̄ sunt corpales z sensitiue. alie sunt
sp̄uales seu intellectuales. **D**electatio-
nes corpales z sensitiue dicunt. q̄ in appe-
titu sensitiuo et de bono sensibili seu bo-
no fm̄ sensum sūt. Sp̄uales vero seu in-
tellectuales sunt. que in appetitu intelle-
ctiuo/ de bono intelligibili seu bono fm̄
intellectū cōsistūt. **C**ertū est enī/ delecta-
tionē/ frequēter apprehēsiōnē rōis seq̄. ap-
prehēdentis scz aliqd tanq̄ bonū z cōue-

niēs. ad quā rōis apprehēsiōnē/ nō solū
cōtingit z moueri appetitū sensitiuū per
applicatiōnē ad aliquā rem p̄ticularē. ve-
rū etiā appetitū intellectuū. q̄ proprie ni-
hil aliud est qz volūtas. p̄ applicatiōnē ad
aliqd intelligibile. z fm̄ hoc in appetitu
intellectiuo est delectatio. sicut z eē p̄t in
appetitu sensitiuo. **S**ed in h̄mōi istozū
appetitū delectatōes multū iterest. **N**ā
delectatio appetitus sensitiui/ sp̄ est cum
aliq̄ trāsmuratōne corpali. z isto respectu
pp̄ie debet accipi z intelligi/ dū cōter dē
delectatio quedā passio esse. q̄uis etiā et
de delectatōibus intellectuālibz ita intel-
ligi possit. s; nō ita pp̄ie. **Q**d tñ in vtriqz
delectatōibz intelligēdū est capiēdo passi-
onē nō pp̄ie z stricte. put scz uenit pas-
sionibz corruptiuis z in malū tendētibz.
vt egritudies. tristitia. timor z h̄mōi. **S**z
larger qdāmodo i proprie. put scz dicit
q̄ndā corpale alteratōez seu aie affectōez
delectatō vero appetitū intellectuū/ de se
sp̄ est sine trāsmuratōne corpali. qz pp̄ie ni-
hil aliud est qz simplex motus volūtatē/ se-
ad aliqd cōplacētē applicātis. **E**t h̄c di-
cit Aug. q̄ cupiditas z leticia/ nihil aliud
est qz volūtas in eis cōsentēs q̄ volum.
Primē delectatōes scz corpales z sensi-
tiue/ licet a corpe z sensu denoient. sunt
tñ delectatōes totius cōpositi. **N**ā in eis
est tam corpis qz anime delectatio. **C**or-
pis qdē pp̄ter apprehēsiōnē sensus q̄ est
virtus in organo corporeo/ z qui non nisi
mediāte organo corpis apprehēdere po-
test/ ex q̄ apprehēsiōne dum (vt tactū est)
fit de bono z conueniēti fm̄ sensum/ seq̄-
tur quedā virtutis appetitiue q̄es in eo
qd amat seu optat/ z hinc creatur illa de-
lectatio corpali. **A**nime p̄o tā ex eo q̄ oēs
h̄mōi vires appetitiue z app̄hēsiue in ea
p̄sistit/ qz eē pp̄ apprehēsiōnē ipi rōis q̄ si-
militer illd idē qd p̄ sensum tāq̄ sibi bonū
z ueniēs app̄hēsum est/ etiā tāq̄ bonū z
ueniēs toti corpi app̄hēdit. **S**i enī rō
nihil app̄hēderet/ tūc pp̄ie n̄ eēt delecta-
tio/ vt esset dare eam in infantibz z in in-
sensatibz/ qz licet sensus suū obiectū tanq̄
sibi bonū z ueniēs app̄hēdere possit/ et
ex hinc (vt tactū ē) seq̄ qdā virtutis appetiti-
ue in eo qd amat z desiderat/ q̄es. qz tñ in
eis ratio nihil apprehēdit nec diiudicat/
z sic nec se delectari intelligūt aut cogno-
scunt/ ideo proprie delectari non dicūtur

